

C O R P U S
SCRIPTORUM HISTORIAE
B Y Z A N T I N A E.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

D U C A S.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXIV.

D U C A E

MICHAELIS DUCAE NEPOTIS

HISTORIA BYZANTINA.

RECOGNOVIT

ET INTERPRETE ITALO ADDITO SUPPLEVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIV.

IMMANUELIS BEKKERI PRAEFATIO.

Ducas qui dicitur, a Bullialdo ex uno codice editus est. nec mihi aut plurium codicum copia fuit, aut coniecturae, quae codicum operae vicaria supponeretur, fiducia: quippe codices praeter Parisiensem vix ullos superesse compereram, coniecturam videbam non satis tutam capi ex eo scriptore qui polluto degeneris aevi sermoni innutritus, quicquid fere de verbis flectendis struendis intelligendis praecipitur solet, adeo aut ignoravit aut neglexit ut linguae Graecae non meliorem tum cum scriberet quam rei publicae fuisse conditionem arguat. Barbarum perditorum temporum testem sordibus suis relinquebam neque ultra orthographiam aut interpunctionem emendabam, cum insperatam ei lucem attulit gratissimum Leopoldi Rankii munus. is enim cum Venetiis non suae tantum Musae operaretur, summisit nobis Italicam illam Ducae versionem, quam scriptoris aetati supparem laudarunt olim Morellius et Mustoxydes. haec cum multa habeat quae edito co-

dici defuerunt, codici debetur pleniori, homini autem, nisi fallor, Veneto, clerico, Latini quam aut Graeci aut sui sermonis peritiori, si quidem Venetorum vel civis vel cliens fuerit necesse est, qui Senatum Populumque Venetum nunquam nisi honorificentissime appellat, turpia eius facta aut silet aut oratione tegit (p. 450), magistratus Ducae obiter memoratos diserte nominat (408), Genuensibus maledicit (432), sacerdos autem et bibliis Latinis assiduus, qui sententias inde decerpas ultra modum producit et sermonem Italicum Latinis subinde particulis et locutionibus distinguit. idem si Graece et Italice probe nosset, nec tot locos aut prave accepisset aut ridiculum in modum pervertisset (vide modo p. 446 et 508), nec Graeci exemplaris barbariem suis idiotismis aequasset.

Scrib. Berolini Id. Iun. a. 1833.

BULLIALDI EPISTOLA.

EMINENTISSIMO AC ILLUSTRISSIMO

I U L I O

S. R. E. CARDINALI

M A Z A R I N O.

Ad te, CARDINALIS EMINENTISSIME, hoc Ducae opus historicum animique mei in edendo illo qualemcumque fetum afferro; apud quem Musis earumque mystis amicum tenellus ille et infirmus feliciter adulescere et virium incrementum suscipere possit, quibus iniurias invidorumque calumnias propellere queat. Aliud equidem tutius nobilisque patrocinium eligere non habui; et genium iam habere liber victurusque mihi videtur, quod clientelae tuae se crediderit, Tuque, CARDINALIS EMINENTISSIME, cum admiseris. Inscriptum celeberrimum nomen tuum, ceu ornamentum dignitate ac splendore conspicuum, in fronte cum gestet; quodque inter ceteros libros adnumerandus etiam sit, quibus artium scientiarumque omnium officinam, bibliothecam tuam superbissimam ac magnificentissimam *ψυχῆς λατρεῖον* exornas, magnum inde decus ipsi accessurum spero. Nomen auctoris, cuius maiores Byzantii olim regnarunt, ab oblivione vindicabitur, inscriptum illi bibliothecae amplitudine sua omnia complectenti, cuius structura famae tuae perpetuitati in omne aevum

consulisti. Ita equidem est, **CARDINALIS EMINENTISSIME**, per ora virorum tamdiu nomen feretur tuum, quamdiu terras genus humanum incolet. Veram stabilemque hanc esse laudem, non fictam aut fluxam, Ptolemaei Philadelphi Aegypti regis post bis mille annos asserit probatque notissima fama; quam non gestamina regia sceptrum vel diadema, non rerum bello gestarum claritudo illustrem ad nostra etiamnum tempora transmisere; sed regio cultu ac sumptu pluribus librorum myriadibus instructa bibliotheca. Diceris aliis, qui ceteras virtutes tuas digne praedicare possunt: attonitus illas admirabundusque suspicio, simulque moestus, quod facundia ac eloquentia me deficiant, quibus illas meritis laudibus efferre possim. Perge quod facis, **CARDINALIS EMINENTISSIME**, literatorum votis et otio favere, eorumque studia benignitate tua fovere. Vale.

BULLIALDI PRAEFATIO.

Benevole Lector, ad operis Regii ac magnifici structuram ex Regia bibliotheca materias sine furto alio non transferendas, cum potuerim, comportare debui. illi equidem, quo Byzantina historia huc et illuc sparsa ac velut inter rudera iacens in superbi aedificii molem ac compagem adsurgit, operam nostram utcumque navavisse, et particulae nomen nostrum inscripsisse, aliquantam laudem nobis allaturum spero, Sostratus siquidem Gnidius architectus Alexandriae Pharum Ptolemaeo aedificans nominis sui ac famae perpetuitati, structurae illud permittente rege inscribendo, prospexit. ex bibliothecae igitur Regiae manu scripto codice opus transcriptum affero, stili quidem elegantia haud ornatum et comptum: barbarum potius, impolitum ac rude dixero; sed rerum momento ac gravitate eximium, earumque narratione prudenti gratum. infelici saeculo, quo Graecia aerumnis claudibusque continuis attrita Turcorumque tyrannide oppressa ultimos ducebat spiritus, stili barbaries adscribenda est; quae totam illam gentem tam late pervaserat, ut paucissimos venustatem illam antiquam leporemque sermonis suis circumdare scriptis sineret. noster idcirco auctor, qui rebus etiam agendis expediendisque negotiis potius quam evolvendis libris operam suam impendebat, barbaris non solum vocibus utitur;

quod et anteriorum saeculorum castigatiora auctores, quae sermonis nitorem affectaverunt, fecere; sed etiam Graeca verba absurda constructione seu soloecismo perturbat ac permiscet. inter vepres tamen spinasque illas flos quidam non ineruditi ingenii se explicat: legerat quippe sacros libros aliosque historiarum auctores, ita ut linguam Graecam antiquam calluisse, verum scribendi usu ac peritia destitutus fuisse mihi videatur. criticum propterea agere nolui, vel de verbis litem illi movere, qui grammatices deserto foro ad alienum peregrinumque se transtulit. satis mihi visum fuit sensum verborum adsequi, et qua potui bona fide ac diligentia in Latinum sermonem convertere, in gratiam illorum qui linguam Graecam aut penitus ignorant aut imperfecte didicerunt.

Byzantini imperii res ad interitum festinantes, et postremorum imperatorum Christianorum tempora describere aggressus, rerum usu peritum ac sapientia politica instructum se approbat, dum causas et principia exquirat et investigat eorum quae acciderunt Graecorumque rebus ultimam perniciem attulere. trium equidem novissimorum imperatorum auspicio res gestas enarrare ipsi propositum fuit, urbisque et imperii excidium scriptis mandare. quamobrem Turcorum, qui illud debellarunt, mentionem ubique facere non solum oportuit: sed ab annis pluribus iam elapsis narratio repetenda fuit, et Iohannis Cantacuzeni Iohannisque Palaeologi bella civilia discordiaeque domesticae in memoriam revocanda fuerunt, quae Turcis in Europam traiciendi occasionem tum primum praebuere, cum inauspicato ac tristi consilio Turcos in Europam Graeci insanientes accersiverunt, sibi et aliis gentibus Christianis, cur perirent funditus, auctores extitere. Manuelis Palaeologi eiusque filiorum Iohannis ac Constantini res ad captam urbem deinceps persequitur. ad Turcorum statum quantum spectat, in Asia qualis fuerit, sub Androni-

co seniore, paucis indicat, suspensoque pede Othmanidarum principum seriem ad Baiazitem primum percurrit, breviterque de Othmane Orchane et Morate primo disserit. Baiazitis, gesta tam adversus Turcorum regulos et Temyrem, quem vulgus Tamerlanem vocat, quam Christianos principes prolixius enarrat. Lanienam caedesque mutuas liberorum Baiazitis, Isae nimirum, Musulmani, Mosis, Mustaphae ac Mehemetis exponit. Cineitis, qui Ioniae imperium aliquando sibi adrogaverat, variam fortunam, fraudulentum versutumque ingenium, modo ad has modo ad illas propendens, eiusque tandem eversionem ac ruinam describit. Moratis denique secundi Mehemetisque itidem secundi cum contra Turcos et Christianos in Asia, tum in Europa contra Graecos, Hungaros, Venetos, Servios, Walachos, Genuenses Rhodiorumque equitum collegium praecipuas res gestas enarrat. omnia momenta adnotat, quibus Byzantinum imperium a Turcis subinde labefactatum Christianis tandem ereptum est. Othmanicorum principum, quibus occasio propagandi fines imperii vix unquam neglecta aut omissa est, artes, curas acres assiduamque laborem in debellandis nationibus indicat. neque etiam illa praetermisit, quae ad religionem tam nostram Christianam quam Musulmanicam pertinent. concilii Florentini ab Eugenio papa celebrati, cui Iohannes Palaeologus imperator, Iosephus patriarcha Cpolitanus et Graeci ceteri interfuerunt, historiam breviter contexuit. novam vero sectam, quae inter Turcos a quodam Bercligia Mustapha invecta est statimque deleta, intactam non reliquit. ad captam a Turcis Cpolim historiam solummodo perducere sibi proposuerat: verum spe ductus futurae aliquando eversionis potentiae Turcaecae, gentemque Graecam in pristini splendoris statum reducendam fore ratus, post urbis captae annum narrationem produxit. hunc porro auctorem Laonico et Phranzi multum praestare propterea censeo, quod rerum principia et causas diligenter

investiget, narrationisque filum parcius interrumpat. Laonicus enim dum de rebus Turcorum confusam saepe narrationem instituit, ad describendas, imperite ut plurimum, Occidentalium regnorum politeias digreditur. Phranzes autem praeter rem et nullius momenti multa suis inseruit, nec accurate et diligenter, praeter Cpolititanam obsidionem, quam recte instituit et persequitur, *res gestas* narrat. cum Turcorum Annalibus et Historia (a Lennclavio) acerrimi iudicii viro editis noster admodum sentit; quo nomine magni faciendus mihi videtur. in illis quae ad Iohannem utrumque, Cantacuzenum et Palaeologum, pertinent, ab ipso Cantacuzeno non valde dissentit, quamvis temporum seriem interturbasse alicubi deprehendatur. nec silentio transmittendus est consensus, qui inter ipsum ac Leonardum Chiensem intercedit in Cpoleos obsidione ac expugnatione describenda. quae quidem diversorum scriptorum concordia historiae fidem conciliat, et quae vera quaeve falsa sint, discernendi copiam facit. in rebus porro Hungaricis imperitum se prodit, statumque regni illius a morte Sigismundi imperatoris ignorasse.

De auctoris huius historiae, quam sub manu habemus, nomine et genere paucissima dicenda occurrunt. et nisi avi sui paterni nomen capite 5 edidisset, anonymus liber proditurus erat. verum cum ab antiquis illis Ducis, qui Cpoli regnarunt, se ortum dicat et Michaelem Ducam (avum) suum appellet, *Historiae* titulum inscripturi (avi) nomen proprium ac gentilicium repetitum praefiximus, ut auctoris proprium nomen nobis ignotum tali circumstantia determinaretur. Christianae pietatis tenacissimum et Catholicae ecclesiae communionis studiosissimum se ubique approbat. Graecis levitatem malamque fidem obicit, qui fecte ac simulate cum Romana ecclesia concordiam inierant, nec alio animo pacem composuerant quam ut a principibus Occidentalibus, papa praecipue, auxilia contra Turcos consequerentur. institutum vitae

quale fuerit, ex ipso discere possumus, qui se politicis rebus ac negotiis tractandis occupatum fuisse tradit. apud Gatelu- zios Lesbi princeps vitae partem transegit, fide ac gratia va- luit; ab illisque ad Sultanum Mehemetem secundum post ur- bem captam legatus missus est. Rerum quarundam, quas narrat, spectator fuit; cumque principibus istis Lesbiis ope- ram navaverit, in Asia res gestas, in qua ipsum natum fu- isse verisimile est, vel in Lesbo, accuratius novisse potuit. atque de Duca eiusque scribendi ratione hactenus.

Quae vero in hoc edendo libro ipsi praestiterimus, deinceps exponenda sunt. unico codice bibliothecae Regiae usi sumus. ope- ris finis in eo desideratur; nec scriptura eius castigata et emen- data est, at pronunciationis hodiernae vitio, confusione nimi- rum a tenuis cum a diphthongo, Iotacismo etiam continuo corrupta, ita ut saepe vocalis una pro alia, diphthongus pro vocali, ac vice versa succedant. textus illius continuus est, non sectionibus aut capitibus distinctus, cui marginales no- tulae indices quibusdam locis appositae sunt. faciliorem lectio- nem ut redderemus, textum in capita dividere visum est; marginibus etiam notulas apponere indices eorum, quae in textu narrantur. cumque temporum, quibus res gestae sunt, epochae omnino necessariae sint, ut clara ac perspicua nar- ratio evadat, illas cum ex historia Musulmanica, tum ex aliis Graecis ac Latinis excerptas apposuimus. annos etiam Hegirae, ubi necesse fuit, et ab orbe condito secundum Graecos, Christianae aerae annis adiectis adscripsimus. Historiam By- zantinam appellare placuit, quoniam Ducas res in illo im- perio gestas Manuele Iohanne et Constantino imperantibus de- scribit. notas libro subiecimus, ut consensum ac dissensum narrationis Ducae cum Laonico Phranze Leunclavio et aliis indicarem, vel alia notatu digna adnotarem. ne nimium crescerent inhibuimus, illasque, quantum penes nos fuit, contraximus. Ducae historiae Chronicum breve, ex bibliote-

ca Regia *descriptum*, atterere ad rem visum est; quod Graecorum Turcorum ac Venetorum res gestas et casus aliquot insignes adnotet. Graecus aliquis Peloponesius, Cephalenius aut Zacynthius, domini Veneti subditus illud conscripsit.

D U C A E,
MICHAELIS DUCAE NEPOTIS,
HISTORIA BYZANTINA.

DUCAE, MICHAELIS DUGAE NEPOTIS HISTORIA BYZANTINA.

INDEX CAPITUM.

Cap. 1. *Generationum ab Adamo ad Christi nativitatem brevis enarratio. annorum elapsorum a Christo ad Constantini initia enumeratio. a Constantino ad Iustinianum, a Iustiniano ad Constantinum et Irenen, ab his ad Alexium Comnenum. brevis deinceps imperatorum Cpolitanoꝝ enumeratio ad urbem a Latinis captam.*

2. *Imperatorum ab urbe a Latinis capta series. Michael Palaeologorum primus. Asiae minoris, quae Anatolia dicitur, status. Turcorum reguli in Asia. Andronicus Senior. Iohannes eius filius. Aegasi maris insulae ab externis occupatae.*

3. *Orchanis Oumanidas mores. Morates eius f. imperium adeptus Lazaro despotaе Serviae bellum infert, a iuvene Servio occiditur; post cuius caedem Turci proelium ineunt, Servios caedunt et magna clade efficiunt. Lazarus vivus et multi Serviorum proceres capiuntur et in Moratis tentoriis interficiuntur. a Veziris Ildrim Baiaziti imperium defertur natu minori filiorum Moratis. fratrem natu maiorem fraude oppressum excaecat Baiazites.*

4. *Biazites Servii tributum imperat, Stephanum Lazari f. sibi militare iubet, eiusque sororem Mariam uxorem ducit. Carmianum Phrygiae regulum spoliat. Ioniam invadit. Sarchanem deditione accipit, et Asiae regulos in ordinem cogit. Philadelphiam occupat, et Callipoleos arcem instaurat.*

5. *Initia discordiae inter Iohannem Cantacuzenum et imperatricem Annam eiusque aulae proceres. Cantacuzenus urbe discessit; dolo eum aggreduuntur adversarii; ab amicis monetur, qui ideo ab Alexio Apocaucio in carcerem coniciuntur. Apocaucum interficiunt, et propterea omnes fere necantur. Michael Ducas auctoris avus paternus.*

6. *Cantacuzenus calceos purpureos induit, imperator salutatur, et ad Serviae Cralen fugit, et cum eo foedus percutit.*

7. *Homur Atinis filius traiecto Hellesponto in Europam venit, Callipolim appellit, et Didymotoechum, ubi Cantacuzeni uxor substiterat, proficiscitur. Turci Thraciam vastant. Smyrna ab equitibus militiae Hierosolymitanae capta. eam frustra recuperare tentat Homur et in oppugnatione occumbit.*

8. *Cantacuzenus in Thraciam redit. Anna imperatrix auxilia ab Orchane petit et impetrat. Turci imperii provincias populantur et captivos abducunt.*

9. *Cantacuzenus Orchanam filiam suam uxorem dare pollicitus, eum a foedere cum Anna icto avertit et auxilia ab eo obtinet. nuptiae celebrantur. Cantacuzenus*

Cpolim proficiscitur, civesque ut se dedant frustra hortatus, in urbem amicorum ope intrat. 10. Cantacuzenus intra palatium accipitur. Annam, quae animo intrepido vultuque imperterrito sedebat, adit et veneratur, placatam sibi reddit, tumultum componit, plebemque demulcet. celebratio nuptiarum Iohannis Palaeologi et Cantacuzenae Helenae. coronatur Cantacuzenus. Turci Chersonesus vastantes duce Suleimane Orchanis filio a Matthaeo despota Cantacuzeno clade magna afficiuntur. 11. Iohannes imperator a socero alienatus in Italiam discedit, unde reversus Tenedum cum Catalusio consilia agit atque recuperandis imperio et urbe. stratagemate Catalusii Iohannes Palaeologus Cpolim recuperat, et Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur. 12. Iohannis imperatoris filiorum natu maior Andronicus et Cuntuzes Moratis filius secundogenitus in parentes coniurant; deque occupanda tyrannide consilia agitant; quibus patefactis Morates filium suum oculis privat, significatque Iohanni, si pacem secum habere vult, ut Andronicum etiam excaecet; cui Iohannes morem gerens filio atque etiam ex eo nepoti visum admittit et in carcerem conicit. Andronicus Genuensium ope liberatus imperium invadit, patrem et fratres carceri mancipat; carcere astu se liberant, et Iohannes in solium imperatorum restituitur. Manuel ei successor designatur. nuptiae Catalusii et Mariae Palaeologinae. 13. Baiazites tributa Iohanni imperat, et sibi militatum venire alterum ex eius filiis postulat. Cycladas insulas invadit. Iohannes Cpolim munit, Baiazitis iussu extracta a se propugnacula diruit, tandemque obit. Manuel qui Baiaziti militabat inque eius aula versabatur, audita patris morte, clam Cpolim advenit. Baiazites id aegre ferens graves durasque condiciones ipsi imponit, Thessalonicam occupat, Cpolim vexat et cibaria in eam invahi impedit. Hungari ac maxima pars occidentalium principum in Baiazitem movent, et ad Nicopolim a Turcis caeduntur et vincuntur. 14. Baiazites Cpolim sibi dedi petit, et Iohannem eiecto Manuele imperatorem constituit. Manuel saluti urbis ac plebis consulens Cpoli discedit, et in Peloponnesum, hinc in Italiam proficiscitur, et occidentalibus regnis ac provinciis peragratis in Peloponnesum revertitur. 15. Iohannes precarium imperium obtinet a Baiazite, et cadin seu iudicem Musulmanum intra urbis moenia accipit. ad Baiazitem voluptatibus immersum veniunt a Temyre chane legati, qui contumeliose a Baiazite habiti recedunt: ipse deinde in Armeniam movet. Cpolim a Iohanne repetit, sed Cpolitani deditionem facere renuunt. Temyr Syriam invadit, urbes expugnat, in incolae immaniter saevit. Damascum et Halepum diripit et vastat. 16. Temyr versus Tanaim movet. Baiazites exercitum conscribit, et Temyri ad Ancyram castra habenti occurrit. cometa fulget. pugna initur a Temyrianis cum Baiazitis copiis: Baiazites deseritur a magna copiarum suarum parte. vincitur. captus ad Temyrem, qui satrichio seu schachis ludebat, adducitur. Temyr Baiazitem consolatur et humane erga eum se gerit, arcte nihilo minus custodit. per totam minorem Asiam copiae Temyris se diffundunt. Mehemetes patrem astu, sed frustra, liberare aggreditur. Chociapheruzes eunuchorum princeps cum Baiazite domino suo captus iussu Temyris capte plectitur. 17. Temyr Asiae urbes aliquot adit et capit, incendiis ac direptionibus omnia devastat. Baiazitis thesauros Prusae seu Burusae adservatos rapit. Smyrnam expugnat. ad eum Phocaeorum princeps ut sibi placatum reddant, legatos mittunt donisque conciliant. Cariam lustrat, et deinceps in Phrygiam Salutariam iter flectit, ibique

Baiazites moritur. Temyr in Persidem anno in expeditione exacto redit. 18. Manuel imperator Byzantium revertitur, et Iohannem ex fratre nepotem in Lemnum relegat. cum Musulmano Baiazitis filio foedus amicitiamque init. rerum status in Asia post Temyris chanis discessum. Ese seu Isa, Baiazitis filius, bello a fratre Mehemets petius Temyrte duce capitur et laqueo praefocatur. Cineites Smyrnaeus innotescit, Atinis filios ex Ionia pellit, Musulmani partes sequitur. Atinis filii Mantachiae ops Ephesum expugnant. Homur Atinis filius cum Cineite affinitatem contrahit, et paulo post obit. Musulmani adversus Cineitem expeditio. Asiae reguli adversus Musulmanum coniurant, sed mutuis suspicionibus a se invicem disio-ciantur. 19. Moses a Mehemete fratre suo deficit et in Valachiam secedit. fratrem suum Musulmanum invadit et vincit. Musulmanus dum fuga sibi consulit, in quodam oppido a iuvenibus occiditur; Moses oppidum et incolas comburit, in Serviam movet, deinde Cpolim frustra oppugnat. Manuel imperator Mehemetem adversus Mo-son evocat et concitat. Mehemetes bis victus Byzantium se recipit, tandem Mosem vincit; sic inter fugiendum occiditur, eiusque cada-ver Prusam sepeliendum defertur. 20. Manuel ad Mahometem apo-crisarios mittit; alii quoque principes legatos mittunt, quos Maho-metes benigne excipit, pacemque cum omnibus amplectitur. Manuel Iohanni filio suo uxorem dat Russias magni duces filiam, quae peste moritur, filiorumque Baiazitis unus, isque baptizatus. secundae ac tertiae Iohannis nuptias. Manuelis in Peloponnesum profectio. 21. Mahometes in Asiam traicit. Cineitem in ordinem redigit, cuius insolentia maxima erat. magnus Rhodi magister castrum Smyr-nae instaurat, sed a Mahomete prohibetur. Smyrna ab uxore Cinei-tis Mahometi deditur. magno magistro concessum aedificare castrum in Cariae et Lyciae finibus. Cineites veniam impetrat. Turci bello navali Nazum aggrediuntur. praelio a Veneta classe superantur. Veneti Lampsaci turrim frustra tentant. Cineites Nicopoli ad Da-nubium praeficitur. novam religionis sectam in Ionia a monacha Turco institutam multi amplectuntur, adversus quos Muhametes Sus-mani filium et deinde Hali Begum misit; qui re infeliciter gesta oc-cubuerunt. tandem a Morate Mahometis filio et Baiazite bassa op-pressi ac deleti sunt, et paupertatem voluntariam profitentes inter-fecti. 22. Rhodi magnus magister castrum Petronium in Cariae fi-nibus aedificat. Mahometes in Asiam traicit, Caramanum invadit et in ordinem cogit. Mustapha Baiazitis filius innotuit, eique se adiungit Cineites, qui a Mahomete prope Thessalonicam vincuntur. Mahometes istos, qui Thessalonicam confugerant, a Demetrio Leon-tario repetit, qui rem ad imperatorem reiicit. Manuel traditurum se eos Mahometi negat. Mustaphas et Cineites a Leontario Cpolim mituntur, inde in Lemnum uterque custodiendus relegatur. Maho-metes Valachis bellum infert. Theologus quidam Philadelphius vir improbus ac perfidus. Mahometes inter venandum apoplezia affectus paucos post dies hemiplecticus factus moritur. rationes ob quas Ma-hometes filium suum Amasiae praefecerat. Baiazitis bassae erga Ma-hometem fidelis servi officia. Mahometis ad Baiazitem bassam man-data. Mahometis mors quibus artibus per dies 40 occultata sit us-que ad Moratis adventum. 23. Morates Prusam venit. Mahometis mors in vulgus a bassis editur. Prusam abeunt veziri, defuncti Sul-tani cadaver secum deferentes. legati a principibus vicinis ad Mo-ratem missi. Manuel a Morate fratres eius impuberes ex testamento Mahometis sibi tradi frustra poscit, et ideo Mustapham et Cineitem in

scenam adversus Moratem producit. mores quidam Turcorum explicantur. 24. Demetrius Leontarius Mustapham et Cineitem in Thraciam traiecit, de recipiendis aliquot urbibus cum iis pactus. Mustaphas Callipolim oppugnat et ad deditionem, quae secuta est, sollicitat. arx interim in fide stat, quam oppugnat Leontarius. Morates Mustaphas rebellionem cognita Baiazitum bassam, caeterorum vezirorum sententias obtemperans, exercitui praeficit et contra Mustapham mittit. Baiazites deficientibus in pugnae initio ad Mustapham exercitus sui ducibus copiisque, et ipse, permittente se victori coactus est; iusu deinde Cineitis caput ei amputatum. Mustaphas Adrianopolim proficiscitur. Callipolis Leontario se dedit, quam cum ex pactis imperatori acquisitam praesidio firmare parat, a Cineite impeditur, delusisque Cpolim redit. 25. Manuel imperator cum Morate foedus pangere cogitat. Mustaphas res suas constituit, otio deinde et ignaviae totum se dat. Morates de recuperando imperio serio agitat, Abrahamum bassam ad Manuelem destinat, qui re infecta discessit. aluminis in Phocidae confectio. Phocaea nova condita, ab Andrea et Iacobo Gattaneis gubernata, sit Turcis tributaria. Iohannes Adornus Phocaeae rector Mahometem et deinde Moratem adit, et huic per litteras in eo copiisque traiciendis operam suam pollicetur. Mustaphas ad nuntium transiit Moratis in Europam fit moestus. eum alloquitur Cineites et obiurgat, suadetque ut in Asiam transsant; interim ipse de deserendo Mustapha secum agitat. Mustaphas Lampsacum venit, et Lopadium usque progreditur, cuius pontem prior occupat dirumpitque Morates. 26. Consilium ineunt Moratis veziri de perdendo Mustapha, et Cineitem per Hamzam eius fratrem ad defectionem sollicitant. Hamzas et Cineitis colloquia. Cineitis Mustapham deserit et in Ioniam fugit. Mustapham Homuris filium ex Atine oriundum bello petit et in pugna interficit. 27. De Cineitis fuga varii sermones, qua cognita Mustaphas fugam capessit et in Thraciam traiecit. Adornus Moratem eiusque copias ex Asia in Europam transfert; quem Mustaphas, id ne faciat, frustra promissis amplis tentat. Morates cum copiis in terram expositus Mustaphaeos in fugam vertit, Callipolim recipit, et Adrianopolim petit. Mustaphas captus, et in urbis loco publico laqueo suspensus ac strangulatus. 28. Morates Cpolim oppugnare aggreditur, Iohanne imperatore ob Manuelis senectutem et morbos res imperii administrante. Corax Theologus proditionis reus damnatur; cuius mortem ulcisci cupiens Morates, Michaellem Pyllim ob delatum Coracem morte afficere properat; Pylles Christum et fidem impie abnegando vitam servat. Manuel Mustapham octuennem puerum, Moratis fratrem, contra hunc suscitavit, et statim moritur. Mustaphas Nicaeae captus a fratre strangulatur. Morates Thessaliam et Peloponnesum invadit. Cineiti per bassas suos bellum infert et debellat, tandemque illum totumque eius genus internectione delet. 29. Iohannes pacem cum Morate initam observat. Morates cum aliis principibus pacem firmat, a qua Veneti ob occupatam Thessalonicam exclusi. narrantur obiter causae propter quas Thessalonica in Venetorum potestatem venerit. Thessalonica obsessa et a Morate expugnata et direpta, et novi incolae in eam missi. Veneti tristiora reformidantes cum Morate pacem ineunt. Walachiae principes se invicem throno regio deturbant; Draculius aliis interfectis superat Walachiae Vaivoda. Ob equum sibi a Caramano negatum, ei Morates bellum infert: et inter utrumque pax paulo post stabilitur. 30. Serviam a Georgio Vulci filio Morates repetit. Georgius filiam suam ei nuptum dat, concessa in dotem Serviae parte.

Morates dux Draculio Hungariam frustra invadit. Morates socerò suo Georgio bellum infert, urbes capit, sororios suos luminibus privat. Draculius in carcere detrusus datis filiis obsidibus liberatur. Morates Belogradum frustra oppugnat. 31. Ad synodum celebrandam proficiscitur in Italiam imperator, quem patriarcha et alii comitati sunt. quid Florentiae actum sit, et quid post Graecorum in patriam reditum acciderit, narratur. 32. Serviae despota ab Hungaris auxilia implorat, duceque Iohanne Hunniade Turcorum provincias invadit. Morates subita Hungarorum irruptione percussus pacem cum despota et Hungaris stabilivit. Caramani deinde ditionem invadit. Aladines Moratis primogenitus diem obit. imperio successor destinatur Mehemetes, et imperator salutatur. Morates vitam privatam acturus Prusam secedit. Hungari Turcis bellum inferunt. Morates cum copiis in Europam traiecit, filio se coniungit; ad Varnam Ladislaus Hungariae rex interficitur, magnaque strage Christiani caeduntur. ad vitam privatam redit Morates, unde revocatur ab Halile bassa. Hunniades in Turcos iterum, sed improspere movet. Morates Peloponnesum invadit. 33. Iohannes imperator moritur, et Cpolim despota Constantinus venit, Moratamque sibi conciliat. Morates filio suo Mehemeti uxorem dat, postque celebratas nuptias statim moritur. Mehemetes de patris morte certior factus Adrianopolim venit, imperator salutatur, et de imperii rebus tractat. Moratis mores et ingenium, morbus et insomnium ante mortem oblatum. Mehemetes fratrem suum strangulat. Georgio Serviae despota filiam novercamque suam Mehemetes petenti remittit. per legatos Byzantini cum Mehemete pacem constituunt, et pensionem ad alendum Orchanem ab eo accipiunt. principum et urbium legationes ad Mehemetem. 34. Mehemetes indutias cum Ianco, id est Iohanne Hunniade, triennales componit; Caramano bellum infert. Byzantini ad Mehemetem legatos mittunt, falsoque coronatum esse Constantinum significant. Halil bassa Graecos increpat, et Mehemetes legatorum verbis offensus pacem cum Caramano componit. Graecos variis modis vexare incipit Mehemetes, et ad Bospori angustias castrum aedificat. novitate ista territi Byzantini per legatos cum Mehemete expostulant, qui superbe respondet et minatur. arx ad Bospori fauces aedificata, ager Cpolitanus vastatus. Byzantinis bellum indicit Mehemetes. 35. Mehemetes de occupanda Cpoli consilia agit. bombardarum fusor Mehemeti tormentum aeneum praegrando fundit. navis Veneta Bosporum navigans demergitur, cuius navarchus et vectores capti Mehemetis iussu crudeliter interfecti. bombardae vim Adrianopoli probant. Mehemetes Halilem bassam noctu ad se vocat, et cum eo de Cpoli subiuganda consilia tractat. Halil magno se periculo ereptum putans laetus a Mehemete discedit. 36. Constantinus imp. auxilia petit a papa, unionisque ecclesiarum opus absolvit. Isidorus cardinalis a papa Cpolim mittitur. Graeci civili discordia laborant ob unionis reconciliationem, paucis eam amplectentibus, maxima parte eam Genmadio auctore abhorrente. liturgia in S. Sophiae templo celebratur ab Henoticis, cui cardinalis Isidorus interfuit. Graecorum sublesta fides. Constantinus cibaria in urbem comportari eurat. 37. Mehemetes tormentum illud aeneum seu bombardam prope Cpolim vehi curat. Turci urbes ad pontum Euzinum sitas occupant, et praeter Selymbriam optida Propontidi adiacentia. Graeci intra muros Cpoleos inclusos se tenent, discordiaque ob reconciliatam ecclesiarum concordiam laborant. Genmadius discordiae facies subdit. Ducas male sanam mentem Graecis ex-

probrat et in schismate pertinaciam. Mehemetes copias colligit, obsidione urbem cingit, et Graeci ab unione ecclesiarum alienos magis ac magis se ostendunt. 38. Constantinus et Galatini urbi tuendas attendunt, atque etiam Veneti. Iohannes Iustinianus Cpolim cum militibus appulit, et ab imperatore honore maximo afficitur. obsidionis initio erumpunt in hostes obsessi. Galatini Mehemetem sibi placatum volunt, Byzantinis tamen favent et opem ferunt. Mehemetis classis prope Cpolim accedit. naves quinque cibariis onustas Cpoleos portum, frustra Turcis obstantibus, ingrediuntur, et hac de causa Mehemetes contostaulum suum Paldam contumelia verberibusque afficit. Mehemetes terra e Bosporo in sinum Ceratinum navigia et biremes transfert. terra Cpolis oppugnat Mehemetes, et tormentis muros quassat. medicamen tormentis ne disrumpantur adhibitum. Iohannis Hunniadae legatus consilium perniciosum adversus obsessos bombardario Mehemetis falsa opinione ductus dedit. muri urbis ad S. Romani portam diruti. obsessi strenue resistunt, sed Constantinus percellitur, et ut Mehemetem ad pacem et obsidionis solutionem adducat, vectigal offert, quod respuit Mehemetes. Iustinianus infelici successu Turcorum biremes in sinu Ceratino incendere tentat. Turci Galatinorum navem demergunt. pontem in Ceratino sinu Mehemetes fabricat. 39. Mehemetes Constantinum ad deditionem frustra hortatur, propterea ad expugnandam urbem se accingit. Iustinianus dirutam muri partem munit. Maii 27 acriter et vehementer Turci urbem oppugnant, et postridie usque ad horam diei nonam. Die 28 Maii post occasum solis acrius pugnatum. Mehemetes suos hortatur. Iustinianus glande plumbea in manu laesus pugnam omisit; obsessi isto casu percelluntur. Turci tandem in muros ascendant, propugnatores deturbant; et rebus desperatis Graeci fugiunt, Turcique in urbem irrumpunt. Constantinus interficitur. Turci obvios passim caedunt, templa, monasteria et domos diripiunt. Graeci in S. Sophiae templum confugiunt, falsa opinione salvos se in eo fore credentes. Turci eos invadunt, omnes captivos abducunt. templum pollutum ac direptum. magnus dux capitur, et Mehemetis iussu domi custoditur. Iustinianus suos a pugna revocat. naves aliquot et Galatinorum non pauci aufugiunt. caeteri per Zaganum a fuga revocantur. Galatini Mehemeti se dedunt. Graeci omnes et qui in urbe capta vivi superfuerunt, in naves aut castra Turcorum translati. 40. Mehemetes urbem ingreditur, et in S. Sophiae templum venit, precesque suas ibi recitare Imamem iubet. magnum ducem ad se vocatum alloquitur. Constantini caput agnium columnae in Augusto affigitur. alia de magno duce et Orchane narratio. Mehemetes magnum ducem consolatur, et illustrium nomina describit. magni ducis uxorem invisit et blande alloquitur. ad convivium natu minorem filiorum magni ducis venire iubet Mehemetes: cum mittere filium magnus dux recusaret, Mehemetes ipsum interfici iussit. magnus dux filios suos, ut mortem aequo ac forti animo subeant, hortatur, et ipse demum capite plectitur. proceres omnes a Mehemete redempti et interfecti. 41. Ducae super urbe capta delectoque Christianorum in Oriente imperio monodia. 42. Praedam quantam Turci ex urbe capta tulerint. Galatam ingreditur Mehemetes, et partem murorum diruit. S. Sophiam in meschitam transformat. Adrianopolim revertitur. magni ducis uxor obiit. principes Christiani Mehemeti victoriam gratulantur. Serviis tributa imperat, et Georgium despiciam Servia decedere iubet. Hungari Turcorum provincias vastant. Mehemetes Smedrovo frustra oppugnata Adrianopolim praedae dives

abit. Sarnium Cpoli construit Mehemetes. de Palasologis vaticinium. 43. Legati a magno magistro Rhodi ad Mehemetem missi de pace firmanda re infecta redeunt, cum Mehemetes a Rhodiis tributum sibi solvi peteret. cum legatis Mehemetis servus domesticus abit, qui cum magno magistro agat. sed tributum denegante Rhodio delusus ad Mehemetem redit, qui ira accensus bellum Rhodiis indicit. Hamzas maris praefectus Chium proficiscitur, quaedam vastat, ad se missos de controversiis transigendis abducit. Coum vastat, Rachiam frustra obsidet; cum Chiis paciscitur. tumultus a Turcis in Chio excitatus, eorumque triremis demersa. Hamzam reversum Mehemetes asperis verbis excipit. Chiis bellum indicit. 44. Lesbi princeps obit, Ducas ad Mehemetem vectigal ei soluturus abit. coactus Lesbi princeps Mehemetem adit et tributum consueto amplius promittit, Thasum insulam Mehemeti relinquit. classem adversus Chios mittit Mehemetes. Lesbii Turcos de piratarum adventu certiores facere tenentur. Genuzes maris praefectus litem Lesbi principi movet, et biremem unam sibi tradi petit. Phocaea nova Turcis dedita. decem millia aureorum a Lesbio exigere vult Mehemetes. interim Phocaeam veterem ei eripit. 45. Chii bello petiti a Mehemete grandi aere pacem emunt. Lemnii Turcos advocant, eorumque princeps Nicolaus insula pellitur. Mehemetes Belogradum frustra obsidet. Callistus papa triremes ad opes insularibus ferendas mittit. Catalani insulas occupant, et Lesbius in suspicionem apud Mehemetem venit, occidentales ipsum advocasse. legati a Comanis et Usun-Hassane ad Mehemetem. castrum septem turrium, vulgo Iedricula, Cpoli constructum. Mehemetis in Moream profectio. Bezestanum Cpoli aedificatum. in Asiam traicit Mehemetes. eius verba ad familiarem quendam suum curiosum. Sinopes principem et Trapezuntinum imperatorem ditionibus spoliatos in Europam traicit. a Walacho tributa petit, qui ea dare negat, ad se missos palo transfigit. Turcos Hamza duce ditionem suam invadentes caedit, vivos captos palo quoque transfigit. Mehemetes improspere successu in eum movet. Lesbum a principe Nicolao, qui Dominicum fratrem suum strangularat, repetit. in Lesbum transit Mehemetes, ad deditionem compellat, recedit, et obsidendae Mitylenes onus Mahumeti veziro imponit.

Ἀριθμοὶ ἐτῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως τῆς ἡμετέρας γενεᾶς.

- Ed. Par. 1 1. Ἀπὸ Ἀδάμ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἕως Νῶε, ἐφ' ὃν ὁ
 Ven. 1 κατακλυσμὸς γέγονε, γενεαὶ δέκα γεγόνασι, πρώτη, ἣ καὶ παρὰ
 θεοῦ, τοῦ Ἀδάμ, μετὰ δὲ σλ' ἔτη δευτέρα ἡ τοῦ Σῆθ παρὰ
 τοῦ Ἀδάμ, μετὰ δὲ τὸν Σῆθ σέ' ἔτη τρίτη ἡ τοῦ Ἐνὼς ἐκ
 τοῦ Σῆθ, μετὰ δὲ τὸν Ἐνὼς ρζζ' ἔτη τετάρτη ἡ τοῦ Καὶ- 5
 Βρῶν ἐκ τοῦ Ἐνὼς, μετὰ δὲ τὸν Καϊνῶν ρο' ἔτη πέμπτη ἡ τοῦ
 Μαλελεήλ ἐκ τοῦ Καϊνῶν, μετὰ δὲ τὸν Μαλελεήλ ρξέ' ἔτη ἕκτη
 ἡ τοῦ Ἰάρεδ ἐκ τοῦ Μαλελεήλ, μετὰ δὲ τὸν Ἰάρεδ ρξβ'
 ἔτη ἑβδόμη ἡ τοῦ Ἐνώχ ἐκ τοῦ Ἰάρεδ, μετὰ δὲ τὸν Ἐνώχ
 ρξε' ἔτη ὄγδοη ἡ τοῦ Μαθουσαάλα ἐκ τοῦ Ἐνώχ, μετὰ δὲ 10
 P. 2 τὸν Μαθουσαάλα ἑκατὸν καὶ ἐξήκοντα ἐπτὰ ἔτη ἐννάτη ἡ τοῦ
 Λάμεχ ἐκ τοῦ Μαθουσαάλα, μετὰ δὲ Λάμεχ ἑκατὸν καὶ ὄγδοη-
 κοντα ὀκτώ ἔτη δεκάτη ἡ τοῦ Νῶε. Νῶε δὲ ἦν ἐτῶν ἑξακοσίων,
 καὶ ὁ κατακλυσμὸς τοῦ ὕδατος ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε
 ἀριθμεῖσθαι ἀπὸ Ἀδάμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη βσββ. 15
 ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἕως Ἀβραάμ γενεαὶ δέκα,
 ἔτη χίλια ἑκατὸν εἴκοσι ἑν. Ἀβραάμ δὲ ἦν ἐτῶν ἑβδομήκον-
 τα πέντε, ὅτε μετέφησε εἰς γῆν Χαναὰν ἐκ τῆς Μεσοποτα-
 Βμίας, κακεῖ διατρίψας ἔτη εἴκοσι πέντε ἔτεκε τὸν Ἰσαὰκ. ἔτεκε
 δὲ Ἰσαὰκ παῖδας δύο, Ἡσαῦ καὶ Ἰακώβ. γενόμενος δὲ Ἰα- 20
 κώβ χρόνων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα κατήλθεν εἰς Αἴγυπτον

Numeri annorum a primo homine ad aetatem nostram.

1. Ab Adamo primo homine usque ad Noachum, cuius aevo diluuium accidit, decem exactae sunt generationes. prima cum Adam a deo creatus est, post annos 230 secunda, cum Sethus nascitur Adamo, post Sethum annis 205 tertia; tunc Enos Setho natus est, post Enos annis 197 quarta, quando Cainanus nascitur Enos. post Cainanum annis 170 quinta: nascitur Maleleel filius Cainani. post Maleleelem annis 165 sexta: Iaredus nascitur Maleleelo. post Iaredum annis 162 septima: Enochus nascitur Iaredo. post Enochum annis 165 octava: Mathusalala nascitur Enocho. post Mathusalalam annis 167 nona: Lamechus nascitur Mathusalae. post Lamechum annis 188 decima, tuncque natus est Noe. Noachus autem natus erat annos 600, cum aquarum diluuium terram obruit, ab Adamo itaque ad diluuium anni numerantur 2242. a diluuium pariter ad Abrahamum generationes decem transierunt, et anni 1121. Abraham porro annum 75 exegerat, cum Mesopotamia relicta discessit in Chananaeorum regionem, ibique annos 25 commoratus genuit Isaac. duos vero filios genuit Isaac, Esau et Iacobum. in Aegyptum deinde profectus est Iacobus, cum annos 130 exe-

ἅμα τοῖς δώδεκα υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐγγόνοις αὐτοῦ, τὸν V. 2.
 ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα πέντε. παρῴκησε δὲ Ἀβραὰμ σὺν τῇ
 σπέρματι εἰς γῆν Χαναάν ἔτη τετρακόσια τριακόσια τρία,
 καὶ πληθυνθὲν εἰς δωδεκάφυλον ἐλογίσθη, καὶ πλῆθος εἰς
 5 ἑξακισχιλίας χιλιάδας ἐψηφίσθη ἐκ τῶν δώδεκα υἱῶν τοῦ
 Ἰακώβ, ὧν τὰ ὀνόματα ταῦτα, Ρουβίμ, Συμεών, Λευί, Ἰούδας,
 Ἰσάχαρ, Ζαβουλών, Νεφθαλίμ, Γάδ, Ἀσήρ, Δάν, Ἰω-
 σήφ καὶ Βενιαμίν. καὶ τοῦ μὲν Λευί ἀπόγονοι Μωϋσῆς καὶ C
 Ἀαρών, καὶ ὁ μὲν τὸ ἱερατεῦειν ἤρξατο, ὁ δὲ Μωϋσῆς πρὸς
 10 τὸ ἄρχειν μεδίστατο· ὃς ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ ἔτει τῆς ζωῆς
 αὐτοῦ πατεῖ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ ἐξάγει τὸν λαὸν ἐξ
 Αἰγύπτου. οὗτος ὁ Μωϋσῆς ἤκμασεν ἐν τοῖς καιροῖς Ἰνά-
 χου πρώτου βασιλεύσαντος· οὕτως ἀρχαιότεροι Ἕλληνων
 Ἰουδαῖοι. διατρέψαντες δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα,
 15 καὶ ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἀρχόμενοι ἔτη εἴκοσι πέντε, καὶ
 ὑπὸ τῶν κριτῶν ἔτη τετρακόσια πενήτηκοντα τέσσαρα μέχρι
 τῆς βασιλείας Σαοὺλ πρώτου παρ' αὐτοῖς καταστάκος βασι-
 λέως, ἐφ' ᾧ ἐν τῇ πρώτῃ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ μέ- D
 γας τίκεται Δαβὶδ, ὥστε συναθροῦσθαι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως
 20 Δαβὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη χίλια καὶ εἴκοσι τέσσαρα.
 καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ δε-
 κατέσσαρες, ἔτη ἑξακόσια ἑννέα, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας
 Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες, ἔτη πεν-

gisset, illucque cum 12 suis filiis nepotibusque venit, qui 75 erant
 incoluit Abrahamus cum posteris suis terram Chanaan per spatium an-
 norum 433. illiusque posteri numero aucti in duodecim tribus dige-
 sti et distributi sunt; et multitudo posterorum duodecim filiorum
 Iacobi ad sex milliones numerata est. horum autem sunt nomina Ru-
 ben, Simeon, Levi, Iuda, Issachar, Zabulon, Nephthalim, Gad,
 Aser, Dan, Ioseph et Benjamin. Moses et Aaron genus a Levi du-
 cunt: hic quidem sacerdotio primus functus est, Moses vero rei publicae
 administrationem capessivit, atque anno aetatis suae octuagesimo Ery-
 thraeum mare transiit eduxitque populum Aegypti. hic Moses floruit
 temporibus Inachi, qui primus regnavit [apud Graecos]; quare Iudaei
 sunt Graecis antiquiores. Transactis deinde per deserta annis 40,
 Iosuae Nave filio annis 25 paruerunt; resque Israelitarum publica per
 viros ab ipsis Indices appellatos administrata est annis 454, usque
 ad Saulis unctionem, qui primus apud eam gentem rex constitutus
 est, cuius imperii anno primo nascitur David. adeo ut ab
 Abrahamo ad Davidem quatuordecim generationes colligantur, et
 anni 1024. atque a Davide ad transportatos Babylonem Iudaeos to-
 tidem generationes 14 et anni 609. a transportatione usque ad Christi
 nativitatem 14 pariter numerantur generationes, anni etiam 504. si-

τακόσια τέσσαρα. ὁμοῦ κατὰ τὰς τῶν χρόνων ἀκολουθίας
 συνψηφίσαντες εὔρομεν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ἀδάμ ἕως τοῦ
 Χριστοῦ ἔτη πεντακισχίλια πεντακόσια. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνοῦρ-
 P. 3 κου οἰκονομίας ἕως τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη τη'. ἀπὸ
 δὲ τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἕως τῆς βασι- 5
 λείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ἔτη σί'. ἐν τῷ [χρόνῳ] αὐ-
 τοῦ ὑποδομήθη τὸ μέγα τέμενος τὸ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ
 Θεοῦ ἁγίας σοφίας παρ' αὐτοῦ σκευασθέν. ἀπὸ δὲ τῆς
 βασιλείας Ἰουστινιανοῦ ἕως τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ
 Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἔτη σξ'. ἀπὸ δὲ τῆς βασιλείας 10
 Εἰρήνης ἕως τῆς βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ ἔτη σς'.
 Β ἐβασίλευσε δὲ Ἀλέξιος ἔτη λζ' καὶ μῆνας δ' καὶ ἡμί', Ἰωάν-
 νης ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κδ' μῆνας η', Μανουὴλ ὁ υἱὸς Ἰωάν-
 νου ἔτη λζ' μῆνας θ', Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Μανουὴλ καὶ Ἀνδρό-
 νικος ὁ φρονεὺς Ἀλεξίου ἔτη γ', ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη τῆς 15
 βασιλείας τῶν Κομνηνῶν ἔτη ρά' μῆνας θ'. μετὰ δὲ τὸν Ἀν-
 δρόνικον Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη θ' μῆνας η', Ἀλέξιος δὲ ὁ
 Ἄγγελος ἀδελφὸς Ἰσαακίου ἔτη θ', Δούκας ὁ Μούρτζουφλος
 C μῆνας β'. ὥστε εἶναι ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἕως τῆς βασιλεί-
 A. C. 1204 ας Δούκα, ἐν ἧ καὶ ἐάλω ἡ Κωνσταντινούπολις παρὰ τῶν 20
 Λατίνων, ἔτη εψιβ', Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ τῆς ἐκ-
 της ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν.

1. ὁμοῦ Bullialdus: μου P. 6. χρόνῳ deest P.

mul vero temporum seriem et intervalla ad calculum revocantes, colligimus a primo homine Adamo ad Christum annos 5500. ab incarnatione vero usque ad Constantinum Magnum anni numerantur 318. ab imperio deinde Constantini Magni ad Iustinianum imperatorem anni 210, quo imperante sumptusque praebente magnum templum exstructum est nominique sanctae dei Sophiae [id est Sapientiae] dicatum. ab imperio Iustiniani ad Constantini et Irenes matris eius imperium anni elapsi sunt 260; ab Irene ad Alexium Comnenum anni effluerunt 295. imperium tenuit Alexius annos 37 menses 4 cum semisse, Iohannes filius eius annos 24 menses 8, Manuel filius Iohannis annos 37 menses 9. Alexius Manuelis filius et Andronicus, qui Alexium occidit, imperarunt annos 3. ita ut omnes anni dynastiae Comnenorum colligantur 101 cum mensibus 9. post Andronicum vero Isaacius Angelus obtinuit imperium per annos 9, menses 8. Alexius Angelus Isaacii frater imperavit annis novem. Ducas qui Murtauphlius dictus est mensibus duobus fasces imperii tenuit. Adeo ut a creatione mundi ad Ducae imperium, quo regnante a Latinis Cpolis occupata est Aprilis die 12, feria 2 sextae septimanae ieiuniorum [i. e. ieiunii quadragesimalis], anni colligantur supra sexies mille septingenti et duodeci.

2. Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἄλωσιν ἐβασίλευσε Θεόδω- D
 ρος Λάσκαρις ἐν Νικαίᾳ ἔτη ιη', Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτ- V. 3
 ζης καὶ γαμβρὸς Θεοδώρου τοῦ Λασκάρη ἐπὶ Θυγατρὶ ἐν τῇ
 Μαγνησίᾳ τῇ ἐν Σιπύλῳ ἔτη λγ', Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ υἱὸς
 5 αὐτοῦ ἔτη δ', Ἰωάννης Λάσκαρις ὁ καὶ πρὸ τοῦ στεφθῆναι
 τυφλωθεὶς παρὰ Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου καὶ ἐξωσθεὶς τῆς
 βασιλείας ἐν τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει. ἐξώσθησαν καὶ οἱ Λαίτιοι
 ἐκ τῆς πόλεως, καὶ εἰσηλθὲ βασιλεύων ἐκ τῆς ἀνατολῆς Μι- A. C. 1260
 χαὴλ ὁ Παλαιολόγος. μέχρι τῆς βασιλείας τούτου ἡ μικρὰ
 10 Ἀσία, Παφλαγονία, Μυσία ἢ καὶ Βιθυνία, Φρυγία μεγά-
 λη, Φρυγία Καππατιανή, Καρία καὶ μέρος Κιλικίας ὑπὸ
 Ῥωμαίους τελῶν ἦν· οἱ δὲ Τοῦρκοι ἐγκάτοικοι Λυκαονίας
 ὄντες τὰ ἐπέκεινα ἤρχον, ἤτοι Λυκαονίαν, Καππαδοκίαν, P. 4
 Γαλατίαν, Πамφυλίαν, Ἀρμενίαν, Ἐλενόποντον, Πισιδίαν,
 15 Λυκίαν, Κοίλην Συρίαν καὶ ἕτερα. ἐβασίλευσε δὲ καὶ Μι-
 χαὴλ ἔτη κδ'. μετὰ δὲ τὸν Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνι-
 κος ὁ Παλαιολόγος ἔτη μγ'. ἐν τῷ . . ἔτει τῆς βασιλείας
 αὐτοῦ ἔλω μῆτρόπολις τῆς Ἀσίας Ἐφεσος καὶ ἡ ἐπαρχία
 Καρίας παρὰ τοῦ Μανταχίου, καὶ ἡ Λυδία παρὰ τοῦ Ἀτῆν
 20 ἄχρι Σμύρνης, καὶ ἡ Μαγνησία μέχρι Περγάμου καὶ πύσης
 Μυγεδῶν ἐπαρχίας παρὰ τοῦ Σαρχάν, Φρυγία πᾶσα παρὰ
 τοῦ Καρμιάν, ἕτερα Φρυγία μεγάλη ἀρχομένη ἀπὸ Ἄσσοῦ

2. Post occupatam vero a Latinis urbem Theodorus Lascaris Ni-
 caeae annis 12 imperavit. Iohannes Ducas, qui et Batatzta, generque
 Theodori Lascaris, imperii sedem habuit Magnesia ad Sipylum an-
 nis 33. Theodorus Lascaris eius filius annis 4. Iohannes Lascaris,
 qui priusquam coronam imperatoriam suscepisset, a Michaele Palaeo-
 logo excaecatur, et anno tertio quam imperare coeperat regno pelli-
 tur. Latini quoque urbe excedere coguntur, eamque ingressus est
 Michael Palaeologus, ab orientis partibus adsumpto imperatorio no-
 mine profectus. ad hunc usque imperatorem Romano imperio subdit-
 aet fuerunt tributumque solverunt haec provinciae, Asia minor, Pa-
 phlagonia, Mysia, quae et Bithynia, Phrygia magna, Phrygia Capa-
 tiana [alibi Pacatiana], Caria, atque etiam pars Cilliciae. Turci ve-
 ro, qui Lycaoniam iam occupant, provinciis quoque ulterioribus
 remotioribusque imperabant, Lycaoniae scilicet, Cappadociae, Gala-
 tiae, Pamphyliae, Armeniae, Helenoponto, Pisidiae, Lyciae, Syriae
 caevae et alii. imperium tenuit Michael annos 24. Michaelem secu-
 tus est filius eius Andronicus Palaeologus qui regnavit annis 43. hu-
 ius imperii anno . . Asiae Metropolis Ephesus et Caria provincia in
 potestatem Mantachiae devenerunt. Lydiamque Smyrnam usque sub-
 egit Atin. Magnesium Pergamum usque, et totam Magedorum pro-
 vinciam suae ditionis fecit Sarchan. Phrygiam universam occupavit
 Carmian. altera Phrygia magna, quae ab urbe Asso ad Hellespontum

Βπόλεως ἄχρι καὶ Ἑλλησπόντου παρὰ τοῦ Καρασῆ, Βιθυνία
 πᾶσα καὶ μέρος τῶν Παφλαγόνων παρὰ τοῦ Ὀθμᾶν, οἱ ἦσαν
 ἀρχηγοὶ Τούρκων. μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσεν Μι-
 χαῆλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη . . . μετὰ δὲ τὸν Μιχαῆλ ἐβασίλευ-
 σεν Ἀνδρόνικος ὁ ἐπονομαζόμενος γέρων ἔτη ιγ'. μετὰ δὲ 5
 τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος ὁ υἱὸς αὐτοῦ νέος
 ὢν καὶ παιδαγωγούμενος παρὰ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Καντα-
 A. C. 1357 κουζηνοῦ. ἐν τῷ . . . αὐτοῦ ἔτι ἤρξαντο οἱ Τούρκοι περᾶν
 Heg. 758 τὸν Ἑλλησπόντον, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας Ὀμοῦρ ἔγγονος Ἀτίν,
 Io. Palaeo- ἀρχηγὸς Τούρκων δεσπόζων Σμύρναν, Ἔφεσον καὶ τὰ πέριξ, 10
 logi 16 ἐκ δὲ Προύσης Ὀρχάν ἔγγονος τοῦ ῥηθέντος Ὀθμᾶν. πε-
 Cρωῆτες γοῦν ληστρικῶ τρόπῳ ἐπόρθουν Χερρόνησον πᾶσαν
 καὶ παράλιον Θράκης, μὴ ἔχοντες τὸν ἀνδισταμένον ἢ ἀνταί-
 ροντα, ἀπόβως ἄχρι Λιδυμοτοίχου, καὶ πρὸς τὴν βασιλεύ-
 ουσαν ἄχρι Σηλυμβρίας κατέτρεχον ὡς τὴν πᾶσαν Θράκην 15
 ὑπὸ χεῖρα ποιήσαντες. ἐν τῇ βασιλείᾳ γοῦν τοῦ ῥηθέντος
 Ἰωάννου, ἔτι μείρακος ὄντος, ἐάλω Χίος νῆσος παρὰ τῶν
 Γενουιτῶν, καὶ αἱ λοιπαὶ Κυκλάδαι νῆσοι ἐκ τῶν Ναυάριας
 ἀφικομένων Φράγκων, καὶ Πελοπόννησος πᾶσα πλὴν Λακε-
 δαιμόνων καὶ Μονεμβασίας καὶ αἱ κατ' Ἰωνίαν Φώκαιαι πα- 20
 ρὰ τῶν Γενουιτῶν.

P. 5 3. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτι ἐτεθνήκει καὶ ὁ προρρηθεὶς
 V. 4 Ὀρχάν ὁ ἀρχηγὸς τῶν Τούρκων, καταλείπων τὴν ἡγεμονίαν

extenditur, a Carase occupata est. Bithynia tota et Paphlagoniae pars
 Othmano cesserunt, atque hi omnes Turcorum principes ac duces
 erant. post Andronicum Michael filius eius imperii fasces obtinuit an-
 nis. . . Michaeli successit Andronicus senior dictus, annisque 13 im-
 perio praefuit. Andronicum sequitur filius eius Iohannes Palaeologus,
 qui cum iuvenis esset, sub tutela domini Iohannis Cantacuzeni
 regebatur. anno imperii huius . . . Turci Hellespontum primo transfeta-
 runt, ex Asia quidem Homur filius Atinis Turcorum dux movit, qui
 Smyrnam, Ephesum et loca vicina tenebat. Orchanes vero filius memo-
 ratum Othmani Prusa profectus est. superato itaque freto, praedonum
 more totam Chersonesum populati sunt. Thraciaeque loca maritima
 secure, nulloque qui incurrentes reprimeret obvio facto, usque Di-
 dymotoechum, etiamque versus imperii sedem Cpolim Selymbriam
 usque incursionibus infestarunt, tanquam Thraciam universam suba-
 eturi. imperante quoque Iohanne praedicto eoque adhuc iuvene, Chi-
 um insulam Genuenses occuparunt, caeterasque cycladas insulas Fran-
 ci ex Navarra profecti. universa insuper Peloponnesus, praeter La-
 cedaemonem et Monembasiam, et quae in Ionia sitae sunt Phocaeae
 ab iisdem Genuensibus suae ditioni adiectae sunt.

3. Eodem anno labente nobis supra memoratus Orchanes Tur-

αὐτοῦ τῆ νύξ αὐτοῦ Μουράτ, ὃς ἐγκρατέστερος τῶν Θρακι-
 κῶν πόλεων γενόμενος πολιορκήσας τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε A. C. 1362
 καὶ Θεσσαλονίκην πᾶσαν πλην Θεσσαλονίκης. ὡς οὖν σχε- Heg. 763
 δὸν πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων γῆν ὑπὸ χεῖρα κατέχων καὶ ἐς
 5 Τριβαλλοὺς ἀφίκετο, καὶ πολλὰ τῶν αὐτῶν πόλιν καὶ
 κάμψας ἀφανίσας καὶ τοὺς οἰκητορας αἰχμαλώτους ποιῶν
 ἐς τὴν περαιαν διὰ τοῦ ἐν Χερρονήσῳ πορθμοῦ ἀπέπεμπε.
 ὁρῶν οὖν ταῦτα ὁ τότε τὴν Σερβίαν κραλεύων Λάζαρος, υἱὸς Β
 Στεφάνου τοῦ κράλη Σερβίας, συναγροχῶς πᾶσαν τὴν ἐπ'
 10 αὐτοῦ δύναμιν συμπλέκεται τῷ τυράντῳ, καὶ ἐξ ἀμφοῶν τῶν
 δυνάμεων πίπτουσι πλείστοι. εἶτα γίνεται τι καινὸν καὶ ὑπὲρ
 λόγον τεχνούργημα. ἀνὴρ τις τῶν ἐνδόξων Σέρβος νέος, ἀν-
 δρεῖος καὶ τολμηρὸς ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν τότε, καθὼς ἀπε-
 15 δείχθη, ἀποσπασθεὶς ἐκ τῆς φύλαγγος τῶν Χριστιανῶν εἰς
 μέσον τῆς παρατάξεως τῶν Τούρκων ὡς ἀτόμος πίπτει.
 καὶ δῆτα ἀρπάσαντες οἱ Τούρκοι τοῦτον, αὐτὸς δὲ τὸν ἡγε- C
 μόνα ὀνομαστί καλῶν, καὶ „βούλομαι τοῦτον ἰδεῖν καὶ λόγους
 τινὰς ὑποψιδυρίσαι ὡς ἐγκρατῆς γενέσθαι τουτουῖ τοῦ πολέ-
 20 μου. Ἔνεκα γὰρ τούτου ἀτόμος ἐλήλυθα“ εἰπὼν, τὸν
ἐν Ἀδριανοῦ ἐμήνυσε τὴν αὐτοῦ ἐν Χερρονήσῳ διάβυσιν. καὶ διαλαλίας συχνῆς γενομένης καὶ φήμης ἀπανταχοῦ ὡς ὁ ἡγεμῶν ἐν Καλλιουπόλει, ἵνα μὴ ὁ συρφετώδης ὄχλος ἀτακτήσας ἀφηνιάσῃ (ἔθος γὰρ ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀλλαγαῖς τῶν ἡγεμόνων ἐνεργεῖν σιῶσαι· διὰ τοῦτο καὶ τελευτὴν πολλάκις 5 κρύπτοντες λέγουσι τῷ λαῷ ὡς ὁ ἡγεμῶν ἀσθενεῖ· καὶ τοῦτο ποιοῦσιν ὅτε ὁ μέλλων διαδέξασθαι οὐχ εὐρίσκεται ἐν τῷ Βτόπῳ ὁ τελευτῶν ὑπάρχει), μετὰ ταῦτα ἀπάρας ἀπὸ Καλλιουπόλεως συνέρρεον πλήθη πολλὰ προσκυνοῦντες αὐτῷ. ἐλθόντος δὲ πλησίον τοῦ κύμπου ἐξῆλθον ἅπανα ἡ τάξις τῆς 10 ἡγεμονίας, οἱ τε βεζιριδες καὶ σατράπαι καὶ ἑπαρχοὶ καὶ δήμαρχοι, καὶ οἱ τῆς μιαρᾶς αὐτῶν θρησκείας μύσται καὶ διδάσκαλοι, καὶ οἱ ἐν ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀσχολούμενοι, καὶ μέρος πολὺ τοῦ συρφετώδους λαοῦ εἰς τὴν αὐτοῦ ὑπάντην. ἐλθόντος οὖν τοῦ ὄχλου κατὰ πρόσωπον τοῦ ἡγεμόνος ὡς μί- 15 λιον ἐν στοιχηδόν, καὶ ἀποβάντες τῶν ἵππων πάντες, πεζοὶ τὴν πορείαν πρὸς τὸν ἡγεμόνα ἐβάδιζον· ὁ δὲ ἡγεμῶν καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἴσταντο ἐποχούμενοι. ἐλθόντων οὖν ἄχρι ἡμίσεος Cμιλίου, ἄκρας σιωπῆς ἐν τοῖς χεῖλεσιν αὐτῶν οὔσης, ἀθρόον σιάντες κοπετὸν μέγα μετὰ δακρῶων ἀνήγειραν. τότε καὶ αὐτοὺς 20 ἀποβὰς τοῦ ἵππου σὺν τοῖς ὑπ' αὐτόν, καὶ αὐτοὶ τὰ ὅμοια ἔπραττον, βοῆς σὺν κλαυθμῷ τὸν ἀέρα πληροῦντες. καὶ ἦν ἰδεῖν μέγα πένθος καὶ κοπετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐξ ἀμφοτέρων

γ. δ. deest P.

Chersonesum traiecisse nuntiaret. crebris deinde sermonibus et fama ubique vulgatum est principem Callipoli adesse, ne plebs infima tumultu excitato ferociret. solebant enim in principium mutatione seditionibus agitari: quare morte saepius celata principem morbo laborare multitudini persuadent, eoque pacto, cum successor longius abest ab iis locis ubi decessor obiit, eam deludunt. cum Callipoli discessisset, iter pergenti multi, ut eum venerarentur, obviam venerunt. et ubi agro Adrianopolitano appropinquavit, omnes aulae ordines officialesque, Veziri, satrapae, provinciarum et oppidorum rectores, impuraeque religionis mystae et doctores, quique scientiarum ac artium periti erant, turba denique plebis ei occurrerunt. postquam illa multitudo uno milliari obviam principi ordinatim processit, equis omnes desiliunt et pedibus incedunt. at princeps et comites eius equis insidebant. milliare deinde dimidium emensi labiis compressis magnoque silentio, gradum stiterunt, planctumque ingentem cum lacrimis omnes simul ediderunt. ipse quoque princeps equo tunc desiliit cum comitatu suo, pariterque atque illi planxerunt, clamoribus et eiulatibus aerem verberantes. illa die luctum ingentem ac planctum ab utraque parte cernere erat. principem ubi con-

τῶν μερῶν. συνελθόντες οὖν καὶ προσεγγίσαντες ἀλλήλοις, προσεκύνησαν οἱ μεγαστᾶνες τῷ ἀρχηγῷ, ἀσπασάμενοι τὴν αὐτοῦ χεῖρα. καὶ ἐπιβάντες τῶν ἱππων εἰσῆλθον ἐν τῇ πόλει ἄχρι τῆς πύλης τοῦ καλατίου, καὶ ὁ ἡγεμὼν εἰσελθὼν ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια ἀνεχώρησε. τῇ δὲ ἐπαύριον παραστάσεως γενομένης μεγάλης κατὰ τὸ ἔθος, καὶ πλεον τι ὡς τοῦ ἡμεῖνος ἔτι ὄντος νέου καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ νεωστὶ εἰσελθόντος, ἐν τῇ καθέδρῃ τῇ πατρικῇ καθεσθείς (ὡς οὐκ ὄφελον, πλην ὁ παραχωρήσει θεοῦ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν) Ἰσταντο ἐξ ἐναντίας πάντες οἱ σατράπαι ἀπομακρόθεν καὶ οἱ βεζίριδες τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃ τε Χαλίλ πασίας καὶ ὁ Ἰσαὰκ πασίας. οἱ δὲ τούτου βεζίριδες Σιαχὴν ὁ εὐνούχος καὶ Ἰπραῖμ ἦσαν προσεγγίζοντες αὐτῷ κατὰ τὴν συνήθειαν. τότε ὁ ἡγεμὼν Μεχεμέτ ἠρώτησε τὸν Σιαχὴν τὸν αὐτοῦ μεσάζοντα „τί ὅτι ἀπομακρόθεν Ἰστανται οἱ μεσάζοντες τοῦ μου πατρὸς; κύλευσον αὐτούς, καὶ V. 102 εἰπὲ τῷ Χαλίλ ἐστάναι ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ ἀπελάθεται ἐν Προῦση σὺν τοῖς λοιποῖς τῆς ἐφίας ἄρχουσι, ταφῇ δοῦναι τὸ σῶμα τοῦ ἐμοῦ πατρὸς· ἐχέτω δὲ καὶ τῶν ἀνατολι- P. 128 κῶν θεμάτων τὴν φροντίδα.“ ἀκύσαντες οὖν ταῦτα, παρε- 20 οὖν δραμόντες κατὰ τὸ σὺνήθες ἠσπάσαντο τὴν αὐτοῦ χεῖρα· καὶ ὁ μὲν Χαλίλ ἔμεινε μεσάζων, ὁ δὲ Ἰσαὰκ λαβὼν τὸ πτώμα τοῦ ἡγεμόνος σὺν πλείστοις ἄρχουσι καὶ οἰκονομίᾳ πολλῇ εἰς Προῦσαν ἀπῆλθε, καὶ ἔθαψεν αὐτὸ ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι βωμῷ, πλείστα νομίσματα κενώσας ἐν χερσὶ κενήτων 25 ἐν τῇ κηδεῖα.

venerunt magnates, manum eius deosculati adoraverunt. consensis deinde equis urbem ingressi, principemque comitati ad palatii portam, ipso palatium ingresso domum unusquisque suam redeunt. post die cum frequentiores solito ad concionem convenissent, utpote principe iuvene et nuper imperium adepto, sedebat ipse in solio paterno (quod utinam non contigisset. verumtamen deo permittente factum propter peccata nostra), e regione autem satrapae omnes procul et Veziri patris eius, Halil et Isaac Bassae, stabant. ipsius vero Veziri, Siachin eunuchus et Abrahamus, ut mos est, ei adstant. tunc imperator Siachin mesazontem suum interrogavit: „quare patris mei mesazontes procul stant? voca eos, et dic Halili ut locum consuetum repetat. Isaacus vero cum ceteris Orientis praefectis Prusam abito, ut patris mei cadaver sepulturae mandet; et provinciarum orientalium curam gerito.“ his auditis celeri passu ad eius manum deosculandam accedunt; et Halil mesazontis dignitatem retinuit, Isaacus magnatibus plurimis stipatus cadaver principis defuncti magna pompa Prusam deducit, et in aedicula ab ipso constructa sepelivit; dumque funus effertur, nummorum magnam vim pauperibus distribuit.

Ὁ θάνατος οὖν τοῦ Μωράτ οὐκ ἦν πολυνοσοδέστατος οὐτ' ἀχθρηφόρος, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀτιμωρητότερος καὶ παθῶν καὶ νόσων ἐλευθερώτερος, οἶμαι θεοῦ Β κρινοντος κατὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς τὸ κοινὸν εὐνοίαν καὶ τὴν συμπαθεστάτην πρὸς τοὺς πένητας διάθεσιν· οὐ μόνον 5 γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῦ κατὰ γένος καὶ κατ' ἀσέβειαν ἀλλὰ καὶ τοῖς Χριστιανοῖς, ἃς ἐνόρκους συνθήκας ἔπραττεν, ταῦτας εἰς τέλος ἀσινεῖς καὶ ἀθολώτους ἐφύλαττεν· εἰ γὰρ καὶ παρρασπονδᾶς τῶν Χριστιανῶν τινες καὶ παραβάσεις τῶν ὄρκων μεταχειρισθέντες τὸν ἀλάθητον τοῦ θεοῦ ὀφθαλμὸν οὐκ ἔλα- 10 θον καὶ τὴν δίκην δικαίως τιμωρηθέντες παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐκδικητοῦ, οὐκ εἰς μακρὰν τὰ τῆς μῆνης ἐξετείνοντο πλέθρα, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν νίκην οὐ κατεδίωκεν ὁ βαρβαρος, οὐκ εἰς C τέλος τὸν ἀφανισμόν ἐδίψα τοῦ τυχόντος ἔθνους· ἀλλ' ἅμα οἱ ἠττηθέντες πρεσβεῦσιν τὰ τῆς εἰρήνης ἐσκέψαντο, καὶ αὐ- 15 τὸς προθύμως ἐδέχετο καὶ τοὺς πρέσβεις μετ' εἰρήνης ἀπέλυε, μισῶν τὰς μάχας, ἀγαπῶν τὴν εἰρήνην· καὶ ὁ πατὴρ τῆς εἰρήνης ἀντεμέτρησε τὴν τελευταίαν τοῦ βαρβάρου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ἦν μάχαιρα. ἦσαν δὲ αἱ τῆς νόσου πᾶσαι ἡμέραι τέσσαρες. Ἐξελθὼν γὰρ ἐκ τοῦ παλατιοῦ σὺν ὀλίγοις νεανίσκοις 20 ἐδιέβη τὴν νῆσον ἣν οἱ ποταμοὶ διαρραγέντες πλησίον τῆς πόλεως αὐτὴν εἰς εὐρυχωρίαν κατέστησαν, καὶ λιπαρᾶς οὕσης τῆς γῆς βοσκήματα καὶ τροφαὶ τῶν ἀλόγων ζώων χλοεραὶ φύονται· D ἀγέλαζονται γὰρ ἐν αὐτῇ φορβάδαι καὶ ἡμίονοι καὶ τῶν ἵππων 19. ἦν μάχαιρα] nonne ἐν μάχαιρα?

Morates itaque non diuturno aut gravi morbo occubuit, sed longe, quam pater eius, doloribus et aegritudine minus vexatus. hoc ei tributum dei decreto mihi videtur propter huius viri erga genus humanum benevolentiam, et erga pauperes misericordiam. non solum enim quae cum generis et impietatis sociis, sed etiam quae cum Christianis foedera sanciverat, integra semper servavit. etsi enim Christianorum nonnulli pacem violare conati dei oculum, cui nihil est absconditum, non latuerunt, sed poenas meritas vindici illi dederunt, non perdurabat tamen ipsius ira, nec partam victoriam barbarus persequeretur aut ullam gentem funditus evertebat: sed ubi primum victi pacem per legatos petiere, ipse eos facile admittebat et cum pace dimittebat, pugnas aversatus, concordiae studiosus. ideo pacifica morte nec ferro properata pacis pater eum remuneratus est; quatuorque tantum diebus decubuit. egressus enim cum adolescentibus aliquot palatio suo in insulam traiecit, quam prope urbem fluvius divius longam latamque efficit. eius pingui in solo pecoribus apta pascua virent, et congregantur ibi equae, muli et equi, quos princeps educat, generosi. aedes quoque egregiae insunt, cum ad balneorum usum

οὐκ ἀγέρωχοι τοῦ ἡγεμόνος, οἰκοδομὰς τε διαφορωτάτας εἰς
 θάλασσαν τε καὶ τέρψιν κατὰ καιρούς, καὶ πᾶν ἄλλο χρῆσιμον
 εἰς ἀπόλαυσιν. ἐβούλετο δὲ διατρέψαι ἡμέρας ἱκανὰς ἐκεῖ
 ἰδιάζων σὺν δλίγοις οἰκειοτάταις πρὸς ἀναψυχὴν καὶ ἀνακω-
 5 χὴν τῶν φροντίδων καὶ κόπων τοῦ παρελθόντος γάμου. δια-
 βὰς οὖν καὶ ποιήσας ἡμέραν μίαν, καὶ τρυφήσας οὐχ ὡς
 σύνηθες, τῇ ἐπιούσῃ ἐκέλευσεν ἄγασθαι εἰς τὸ παλάτιον, εἰ-
 πὼν ὡς κεφαλὴν καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα καταβαρὺς καὶ ναρκοῦ-
 10 δες περίεστι. κατακλιθεὶς οὖν καὶ τρεῖς ἡμέρας νοσήσας
 ἐπιληψήσας ἀπέθανεν δευτέρᾳ τοῦ Φεβρουαρίου μηνος τοῦ
 5 ἰνῆ ἔτους. λέγεται δὲ ὅτι μετὰ τοὺς γάμους καὶ πρὸ
 τοῦ διαβῆναι τὴν νῆσον μιᾷ τῶν νυκτῶν ἰδεῖν ὄραμα τοιοῦ- P. 129
 τον· ἕνα φοβερὸν ἄνδρα ἐστάναι ἐνώπιον αὐτοῦ, τὸν δὲ συ-
 σταλέντα τῷ φόβῳ ἐκράτησεν αὐτὸν τῆς χειρὸς ὃ φανεὶς ἀνὴρ.
 15 ἐφόρει δὲ ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ σφενδόνην χρυσοῦν εἰς τὸν
 ἀντίχειρα δάκτυλον. ἐκβαλὼν οὖν ὃ φανεὶς τὴν σφενδόνην
 ἀπὸ τοῦ μεγάλου δακτύλου τοῦ ἡγεμόνος ἔβαλεν αὐτὴν ἐν τῷ
 λιχανῷ τῷ μετὰ τὸν ἀντίχειρα, εἶτα ἐξορμαθίσας αὐτὴν ἐκ
 20 τοῦ δακτύλου τοῦ λιχανοῦ ἤρμωσε αὐτὴν εἰς τὸν μεσαίτατον
 δάκτυλον, μετὰ δὲ τοῦτον εἰς τὸν μετὰ τὸν μεσαίτατον, καὶ
 ἀθῆς εἰς τὸν ὑστατον τὸν μικρὸν. μετὰ ταῦτα ἐκβαλὼν τὴν
 σφενδόνην ὃ φανεὶς καὶ λαβὼν ἀφανῆς γέγονε. καὶ ὁ ἡγεμὼν
 25 ἐξυπνος γενόμενος προσεκαλέσατο τοὺς αὐτοῦ μάντις, εἰρηκῶς V. 103
 τὸ ὄραθῆν. αὐτοὶ δὲ τὴν μὲν σφενδόνην τῇ ἡγεμονίᾳ διέκρι- B
 ναν, τοὺς δὲ δακτύλους τὸν μὲν πρῶτον εἰς αὐτόν, τοὺς δὲ
 ἄλλους εἰς τοὺς μετ' αὐτὸν ἀνθρῆτεύουσας εἶξ αὐτοῦ. ἔτεροι

tum ad delicias voluptatesque pro anni tempestate captanda comparatae. multos illic dies privatim cum paucis familiaribus transigere volebat, ut a curis et laboribus, quibus nuptiarum celebratione defessus fuerat, respiraret. transvectus igitur cum diem unum genio non ut solebat indulsiasset, postridie in palatium se transferri iubet, capitis gravedinem, reliqui corporis torporem questus. post tridui morbum, secunda Februarii die obiit, anno mundi 6958 (Christi 1450.) fertur ei post nuptias, antequam in insulam abiret, nocte quadam tale insomnium oblatum esse. virum specie terribili coram ipso adstitisse, et pavore percussi manuum apprehendisse; quemque annulum in pollice manus dextrae gestabat princeps, ille pollicis detractum in digitum indicem immisit, inde in medium, tum in aequentem, tandem in minimum et extremum; mox excussum annulum abtulit. somno solutus princeps somniorum interpretibus vocatis, quid viderit, exponit. ii annulo principatum significari dixerunt, digitorum primo ipsum principem, ceteris posteros eius postea

δὲ κρύβδην καὶ σιωπηρῶς τὸν μὲν μεγαδάκτυλον τὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς ὕστατον χρόνον διέκριναν, τὴν δὲ ἀφαίρεισιν τῆς σφενδόνης τὴν δεσποτείαν, τὰς δὲ εἰσάξεις καὶ ἐξάξεις τῶν ἐτέρων τεσσάρων διὰ τῆς σφενδόνης δακτύλων τὸν μετ' αὐτὸν ἡγεμονεύσειν μέλλοντι τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐτῶν τῆς ἡγεμονίας ἐσύγκριναν, καὶ τότε τέλος ἔξει ἡ τυρουννίς. ἀλλ' ἐπανώμεν αὐθις πρὸς τὴν διήγησιν, καὶ ἴδωμεν τί τὸ αἰμοβόρον τοῦτο θηρίον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ κατέφθειρε καὶ κατεδαπάνησε καὶ εἰς τέλος ἠφάνισε.

Πέμψας τοίνυν τὸ σῶμα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ εἰς ταφὴν ἐν 10 τῇ Προύσῃ, αὐτὸς ἤρξατο ἐρευνᾶν τὰ ταμεῖα καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς πατρικοὺς, καὶ εὐρῶν ἀναριθμήτους ἐν ἀργυροῖς σκεύεσιν, ἐν χρυσοῖς, ἐν λίθοις τιμίοις καὶ ἐν νομίμασι πολυταλάντοις, αὐτὸς οἰκεία σφραγίδι κατασφραγίσας ἐν τῷ ταμείῳ πάλιν ἀπέθετο. εἶτα εὐρῶν παιδίον ἄρρεν τοῦ πα- 15 τρὸς αὐτοῦ ὡς μηνῶν ὀκτώ γεννηθὲν ἐκ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἡγεμόνος Σινώπης Σπεντιάρ νομίμου γυναικὸς (καὶ γὰρ αὐτὸς ἐκ δουλίδος ἐγένετο), ὄντος οὖν τῆς μητρὸς τοῦ παιδὸς καὶ μητριᾶς αὐτοῦ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν τῷ παλατίῳ ἕνεκα κα- 20 δραμυθίας τοῦ τυράννου, στείλας ἕνα τῶν ἀρχόντων ἐκ τῶν οὐίων τοῦ Ἐβρενέζ, Ἀλὶν ὀνόματι, πρωτοοσιτύριος ὢν τῷ τότε καιρῷ, ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ὄφθεισης τὸ παιδίον ἐπνίξεν. ἐπὶ τὴν αὐρίον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀλὶν ἐθανάτωσε, τὴν δὲ μητέρα τοῦ παιδὸς καὶ μὴ βουλομένην τῷ δούλῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ

imperio polituros. alii occulte et secreto pollice coniiiciebant ultimum vitae annum indicari, annulo exuto imperium extracto et immisso per ceteros ordine digitos annos successoris, quibus exactis regnare desineret. sed ad historiae seriem redeamus, inspiciamusque quibus fera ista sanguinis avidae sitiens perniciem attulerit, quaeque consumperit ac everterit.

Patris funere procurato, eius cadavere Prusam elato ibique sepulto, arcas et thesauros paternos scrutari coepit, quos immensos, aureis argenteisque vasis lapillisque pretiosis plenos signataeque pecuniae locupletissimos invenit; hancque gazam recondit, et sigillo suo gazophylacium obsignat. infantem deinde masculum invenit, quem pater suus ex principis Sinopes filia, coniuge legitima, susceperat, cum ipse ancilla natus esset. cumque infantis mater in palatium privignum suum Mehemetem consolatura venisset, ipse interim e proceribus suis unum Halim, Eurenensis filium, primum ostiarium in aedes novercae suae misit, qui puerum strangularet. postridie patrati huius fratricidii Halim quoque morte affecti; puerique occisi matrem vel invitam patris sui mancipio, qui Isaacus vocabatur, nu-

τῆ Ἰσαὰκ εἰς γάμον ἡρμόσατο. τὴν δὲ ἑτέραν αὐτοῦ μητρι-
 ἄν, τὴν θυγατέρα Γεωργίου δεσπότου Σερβίας, χριστιανι-
 κωτάτην οὖσαν ἐβούλετο μὲν καὶ αὐτὴν ἑτέρῳ τῷ τυχόντι
 δούλω δοῦναι· ἀλλὰ φοβηθεὶς μὴ πως ὁ πατὴρ αὐτῆς ἐγγί-
 5 ρη κατ' αὐτοῦ τὴν τῶν Οὐγγρων μάχην, τῆς ἡγεμονίας αὐ-
 τοῦ ἔτι μὴ παγιοθείσης ἀλλὰ ἄκμῃν εἰς σύστασιν προχωρη-
 σούσης, ὃ ἐβουλήθη οὐκ ἐδύνατο πράξαι. ὁ δεσπότης γὰρ
 ἀκούσας τὸν θάνατον τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Μωράτ καὶ τὸν
 Μεχμετ τὴν ἡγεμονίαν ἀναλωσάμενον, εὐθὺς ἀποκρισιαρίουσ P. 130
 10 ἐπέμψεν παραμυθῆσαι αὐτὸν καὶ παρηγορῆσαι ὡς ἀπαρφανι-
 σθέντα, καὶ τὰς συνθήκας καὶ συννομοσίας, αἷς εἶχε μετὰ
 τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀνανεῶσαι καὶ ἀσφαλίσασθαι δι' ὄρκων,
 ἔτι τε καὶ τὴν θυγατέρα ζητῆσαι καὶ λαβεῖν εἰς τὰ ἴδια· ἃ
 καὶ πεποίηκεν, αὐχ ὡς θέλων εἰρηρικῶς καὶ εὐνοϊκῶς διάγειν
 15 καὶ ἡγεμονεῦειν, ἀλλὰ καιρὸν ἐξαγοράζων· ὅταν γὰρ λάβῃ
 ἐκεῖνον, ἀδικίας καὶ ἀνομίας ποιήσει. ταῦτα καὶ ἕτερα τὴν
 ἀρνίου δορὰν ἕπενδυθεὶς ἐπραττε, λύκος ὢν καὶ πρὸ τῆς γε-
 νέσεως. φιλοφρόνας οὖν δεξιωσάμενος τοὺς ἀποκρισιαρίουσ B
 καὶ ἐνωμότους συνθήκας δούσ καὶ λαβῶν ἀπέλυσεν ἐν εἰρή-
 20 η, στείλας καὶ τὴν αὐτοῦ μητριᾶν πρὸς τὸν πατέρα αὐτῆς
 μετὰ μεγάλης δόξης τε καὶ τιμῆς, εὐεργεσίας τε πλείστας καὶ
 χώρας ἀπονείμας αὐτῇ ἐκ τῶν ὄριων Σερβίας εἰς διατροφὴν

16. ἐκεῖνος P.

ptum dedit. alteram quoque suam novercam, Georgii Serviae despo-
 tae filiam, Christianae pietatis tenacissimam, volebat et ipsam alii
 cuidam servo connubio iungere: sed veritus ne pater eius Hungaros
 ad bellum sibi inferendum exciret, antequam recens susceptum impe-
 rium stabilivisset, libidine sua abuti prohibitus est. despota quippe
 de generi sui Moratis obitu certior factus, et rerum summam obti-
 nere Mehemetem, apocrisarios ad eum statim destinat consolandi ac
 doloris levandi, quod patre orbatum esset, gratia; ut etiam foedera
 et pacta, quae sibi cum eius patre intercesserant, renovaret et sa-
 cramento stabiliret; insuper ut filiam suam repeteret et domum pa-
 ternam reduceret: quae omnia Mehemetes praestitit, non eo tamen
 animo ut pacifice regnare amicitiamque colere vellet, sed, quam ad-
 versum se occasionem dari metuebat, redimeret; quam ubi sibi com-
 modam naetus fuerit, contra ius fasque iniuria inferret. haec et alia
 sub agni pelle, etiam antequam nasceretur, latitans lupus faciebat.
 apocrisarios amice benigneque suscepit, mutuoque sacramento foede-
 ra renovavit, et pacifice eos dimisit; simulque novercam eius patri
 splendide ac honorifice habitam remisit; beneficiis etiam ac muneri-
 bus quamplurimis eam locupletavit, locis in Serviae finibus assigna-
 tis, unde omnia ei ad victum ceterosque vitae usus suppetere.

καὶ θεραπείαν παντοίαν αὐτῆς. ὁμοίως καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει τότε οἰκοῦντες δύστηνοι Ῥωμαῖοι καὶ δυστυχεῖς σὺν τῷ δεσπότῃ Κωνσταντίνῳ, μαθόντες καὶ αὐτοὶ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς ἡγεμονίας, ἔστειλαν πρέσβεις χάριν παραμυθίας καὶ τῆς ἀρχῆς τὴν καθεδρῖαν ἠροαγορευόντες, τίνες εἶνα; 5

Coī ἄρνες τῶν λύκων, οἱ στρουθοὶ τὸν ὄφιν, οἱ ψυχορραγοῦντες V. 104 τὸν θάνατον. ἐκεῖνος δὲ ὁ πρὸ τοῦ ἀντιχρίστου ἀπίχριστος, ὁ τοῦ Χριστοῦ μου ποίμνης φθορεὺς, ὁ ἐχθρὸς τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν πιστευόντων εἰς τὸν ἐν αὐτῷ παγέντα, φιλικὸν προσωπεῖον ἐνδυθεὶς ὡς μαθητῆς τοῦ μεταμορφωθέντος εἰς ὄφιν 10

Σατανᾶ, ἀποδέχεται τὴν πρεσβείαν καὶ γράφει νέας διαθήκας, καὶ ὀμνύει θεὸν τοῦ ψευδοπροφήτου καὶ τὸν συνώνυμον αὐτοῦ προφήτην καὶ τὰς μιαιρὰς αὐτοῦ βίβλους καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους τοῦ στέργειν καὶ ἐμμένειν ἐφ' ὄρου ζωῆς αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ καὶ ὁμονοίᾳ μετὰ τῆς πόλεως καὶ τοῦ δε- 15

σπότης Κωνσταντίνου σὺν πᾶσι τοῖς περιχώροις καὶ πόλεσιν D ὑπὸ τὴν αὐτὴν δεσποτείαν, καὶ τὴν εὐνοίαν καὶ διάθεσιν ἣν ἐκέκτητο ὁ πατὴρ αὐτοῦ μετὰ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ προβεβυσιλευκότος καὶ τοῦ δεσπότης Κωνσταντίνου τοῦ νῦν, ἐν αὐτῇ τῇ γνώμῃ καὶ αὐτὸς ζῆσαι καὶ τεθνήσκει. ἐπέκεινα 20

δὲ τούτων τῶν καλῶν ὑποσχέσεων ἐδωρήσατο καὶ κατ' ἕτος τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων ἐκ τῶν εἰσοδημάτων τῶν παρὰ τὸν Στρυμόνα κειμένων χωρίων ἀριθμὸν ἀσπρῶν τ', αἰτήσαντες ταῦτα οἱ τρισ-

dem tempore Romaei Epolitani aerumnosi ac infelices, despota quoque Constantinus de novo principe ad imperium evecto certiores facti, legatos consolandi gratia simulque cum eo gratulandi de principatus initione destinant. verum qui et ad quem mittebant? agni ad lupum, passeret ad serpentem, qui mortem sinu gestando ultima suspiria ducunt. ille vero ante Antichristum Antichristus, Christi domini mei caularum devastator, crucis et in eum qui cruci affixus est credentium hostis, amici personam indutus ut Satanae, qui in anguem se transformaverat, discipulus, legatos suscipit, nova foedera pangit, deum falsi prophetae sui et prophetam sibi cognominem impurosque eius libros iurat, angelos et archangelos testatus pacem se servaturum, et per totum vitae tempus cum urbe et despota Constantino, cum omnibus circumiectis oppidis et castris huius ditioni subditis amicitiam ac concordiam sibi intercessuras, et quo affectu animoque benevolo pater suus erga imperatorem Iohannem, qui decesserat, et Constantinum despota se gesserit, eo se, quamdiu viverit, ipsos prosecuturum. his speciosis promissis donum adiecit, Romaeorum imperio trecenta millia asprorum ex annis redditibus locorum, quae Strymon alluit, largitus. aerumnosissimi illi eam pecuniam

ἀθλιοι ἔνεκα τροφῆς καὶ ἑτέρας ἐξόδου τοῦ Ὀρχάν τοῦ προλε-
 χθέντος ἀπογόνου τοῦ Ὀθμάν. καὶ δὴ καλῶς κατὰ τὸ δοκοῦν
 ποιήσαντες τὴν ἀγάπην ἀπῆσαν καὶ αὐτοὶ χαίροντες. ὁμοίως
 καὶ οἱ τῆς Βλαχίας καὶ οἱ τῶν Βουλγάρων καὶ οἱ τὰς νήσους P. 131
 5 κατοικοῦντες, Μιτυληναῖοι Χῖοι Ῥόδιοι, ἐκ τοῦ Γαλατοῦ Γε-
 νοῦνται, ἐκ πάντων ἐλθόντες σὺν δώροις προσεκύνησαν τῷ ὡς
 ἀληθῶς σαρκοφῶρον δαίμονι, καὶ λαβόντες τὰ πιστὰ κατὰ τὸ
 δοκοῦν αὐτοῖς ἀπῆσαν.

34. Τὰ πάντα οὖν, ὡς αὐτὸς ἐλογίζετο, ἀπαρτίσας B
 10 καλῶς ὁ κακός, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν πεπλασμένως ἐν-
 δείξας ἅπασιν τοῖς Χριστιανοῖς, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ ἐπιτρόπῳ
 Οὐγγρίας τῷ Ἰάγγω τριῶν ἐτῶν εἰρήνην ἀσφαλισάμενος, αὐ-
 τὸς κατὰ τοῦ Καραμάν ἐκστρατεύει προφάσει αἰτίας ὡς αὐ-
 τὸς τῶν Χριστιανῶν ὑπάρχει φίλος ἀκίβδηλος, καὶ οἱ Χρι-
 15 στιανοὶ τὴν φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχουσιν ἀδόλωτον ἄλλοι-
 θνεῖς ὄντες καὶ ξένης θρησκείας, ὃ δὲ Καραμάν Μουσουλμά-
 νος ὦν καὶ λατρῶων τὰ τοῦ Μωαμῆδ ἀεὶ καὶ πάντοτε οὐ
 παύεται διεγείρων πολέμους καὶ ταραχὰς ἐν καιρῷ περιστά-
 σεως. βουλευθεὶς οὖν ἠθέλησε, καὶ θελήσας ἐγένετο. ἐφθασε
 20 γὰρ ἐνωτισθεὶς ὁ Μεχεμὲτ ὡς ὁ Καραμάν ἀκούσας τὸν θά- C
 νατον τοῦ Μωράτ κατέδραμεν ἀπὸ τῶν ὀρίων αὐτοῦ καὶ
 ἐχειρώσατο φρούρια τρία καὶ γῆν ἰκανήν· ἀλλ' οὐκ ἦν ἐν

19. βουλευθεὶς Bullialdus.

petierunt, unde Orchanem Othmanicum alerent ceterosque sumptus
 ei necessarios facerent. amicitia itaque ex animi sententia firmiter
 stabilita, legati laeti redierunt. qui pariter ex Walachia venerant et
 Bulgaria; insulares quoque, Mitylenaei, Chii, Rhodii et Genuenses
 Galatam incolentes undequaque profecti donis allatis eum, daemo-
 nem revera carnivorum, venerati sunt, et accepta ab eo fide dis-
 cesserunt.

34. Omnibus, ut iste malignus putabat, rite et ut e re sua
 erat compositis, cum Christianis universis ficta pace inita, induciis-
 que in tres annos cum Iango Hungariam regente pactis, in Carama-
 num bellum hanc causam praetextens movet. quod cum inter se
 Christianosque, quibus benevolum se praestabat, quamvis gente ac
 religionis ritu omnino distinctos, amicitia mutua sincera nec simula-
 ta intercederet, Caramanus interim Musulmanus ipse Mahometisque
 religionis cultor semper et ubique bellum et turbas excitare, arrepta
 occasione imminentis rebus Othmanicis periculi, non cessaret. con-
 sultatione habita id decrevit, et libidini suae fortunam obtemperan-
 tem habuit. antea enim Mehemetes intellexerat Caramanum Moratis
 morte comperta ultra fines imperii sui excurrisset, castra tria et lon-
 gum agrorum tractum subegisse; quae quidem Morates a maioribus

τῶν προγόνων ἢ τῶν φρουρίων καὶ τῆς γῆς τῆ Μωράτ κα-
 τοχή, ἀλλὰ πρὸ ὀλίγων χρόνων ἐκ τῶν τοῦ Καραμάν κατα-
 V. 105 δυναστεύων ἀφῆρπαξεν, ὡς καὶ ὁ λόγος φθύσας ἐδήλωσεν.
 εὐρῶν οὖν εὐλογον αἰτίαν ὁ υἱὸς τοῦ ἄρπαγος κατὰ τοῦ πρώ-
 ην ἀδικηθέντος καὶ διὰ τοῦτο ἀνερουνῶντος τὰ ἴδια, σὺν δυ-
 νάμει κατ' αὐτοῦ ἐστράτευσε. καὶ δὴ περάσας τὸν πορθμὸν σὺν
 τοῖς στρατεύμασι τῆς δύσεως, καὶ εἰς τὴν Προῦσαν ἀναμεί-
 νους τὰ τῆς ἀνατολῆς στρατεύματα, ἀπᾶρας ἐκεῖθεν εἰς Κο-
 D τυάιον ἀφίκετο, καὶ ἐκεῖθεν εἰς Σαλουταρίαν τῆς Φρυγίας, τὸ
 καὶ Καρύσαρην παρὰ Τοῦρκους λεγόμενον, ἐγγὺς ὃν ἐν τοῖς 10
 ὁρίοις τοῦ Καραμάν. τότε ὁ Καραμάν ἀκούσας τὴν ἀφίξιν
 τοῦ Μεχεμέτ ἔστειλε πρέσβεις ἐκ τῶν μεγαστάνων αὐτοῦ, αἰ-
 τῶν λύσιν τῶν ἐσφαλμένων σὺν ἀποδόσει τῶν ὧν ἀφείλετο
 P. 132 φρουρίων. καὶ ὁ τύραννος κατένευσε δι' αἰτίαν τὴν ἣν λέ-
 ξων ἔρχομαι. ἡ γὰρ μαρὰ τῶν Ῥωμαίων συναγωγὴ ἐσέψα- 15
 τό τινα ματαιίαν βουλήν, στείλασα πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, λέ-
 γοντες πῶς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος (οὐπω γὰρ ἦν στεφθεῖς,
 ἀλλὰ οὐδὰ στεφθῆναι ἔμελλε διὰ τὸ προορηθῆν, πλὴν βασι-
 λέα ἐκάλουν Ῥωμαίων) λέγουσιν οὖν πρῶτον τὰ τῆς πρεσβεί-
 ας μηνύματα τοῖς μεσάζουσιν, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ὡς ὁ βασι- 20
 λεὺς τῶν Ῥωμαίων τὴν τῶν κατ' ἔθος ἀσπρῶν τριακο-
 σίων χιλιάδων ποσότητα οὐ καταδέχεται. „καὶ γὰρ ὁ Ὀρ-
 χάν, ὅς ἐστι καὶ αὐτὸς υἱὸς τοῦ Ὀθμάν καθὰ καὶ ὁ ὑμέτε-
 ρος ἀρχηγὸς Μεχεμέτ, ὑπάρχει τέλειος ἄνδρας τῆ ἡλικία· καὶ

suis non acceperat, sed Caramano viribus superior, ut in superioribus narravimus, ante paucos annos eripuerat. nactus ergo iustam causam raptoris filius ei, qui nuper iniuria adfectus erat et propterea recuperare sua tentaverat, bellum infert. iamque fretum transvectus cum copiis occidentalibus, dumque Orientis exercitus ei se coniungerent Prusae transacto tempore, inde Cotyaeum abiit; unde in Phrygiam Salutariam, Turcis Carasarin dictam, vicinam Caramani finibus perrexit. cognita Mehemetis profectione Caramanus magnates aliquot suae ditionis legatos ad eum misit, qui admissorum veniam peterent, et ablata castra redderent. quibus propter dicendam mox causam tyrannus acquievit. Romaeorum enim stultus ac insipiens coetus consilium imprudens iniit, dum ad eum legatos destinant, qui Constantinum imperatorem salutatum esse nuntiarent. hunc, quamvis nondum coronatum, nec ob praedictas causas coronandum, Romaeorum imperatorem nihilominus appellabant. Mesazontibus itaque, ut mos est, quae in mandatis habebant exponunt legati, querunturque Romaeorum imperatorem consuetam asporum trecentorum millium pensionem annuam non accepisse. Orchanes enim, inquirunt, Oth-

καθ' ἐκάστην συρρέουσιν ὅτι πλείστοι πρὸς αὐτὸν κυριω-
 μῶντες καὶ ἀρχηγὸν ἀναγορεύοντες. αὐτὸς δὲ θέλων φιλοτι- **B**
 μῆσαι καὶ δωρήσασθαι οὐκ ἔχει πον τὰς χεῖρας ἀπλωῶσαι.
 αἰτῶν οὖν τὸν βασιλέα, ὁ βασιλεὺς οὐκ εὐπορεῖ τοῦ δοῦναι
 5 τόσον ὅσον αἰτεῖ. ἐκ τῶν δύο οὖν ἐν αἰτοῦμεν; ἢ τὴν πρόσ-
 οδον διπλασιάσαστε, ἢ τὸν Ὀρχάν ἀπολύομεν. οὐκ ἔστι γὰρ
 τοῦτο χρέος ἡμέτερον τὸ τρέφειν τοὺς Ὀθμάνου παῖδας, ἀλ-
 λά δεῖ τρέφεσθαι ἐκ τῶν δημοσίων· ἄρκεῖ γὰρ ἡμῖν ἡ τού-
 του κατάσχεσις καὶ ἡ μὴ τοῦ ἐκβῆναι τῆς πόλεως κώλυσις.”
 10 ταῦτα καὶ ἄλλα πλείω ὁ Χαλὶλ πάσιας ἀκούσας (καὶ γὰρ ἦν
 διὰ παντὸς φίλος τῶν Ῥωμαίων ἐκ δύο τινῶν αἰτιῶν· ἡ μὲν
 μία τὸ εἶναι προσηγῆ κατὰ γνώμην καὶ ἡμερον, ἡ δὲ ἕτερα
 ὅτι ἦν δωρολήπτης· καὶ εἴ τις αὐτῆ διελέγετο φέρων ἐπὶ
 χεῖρας χρυσίον καὶ δεικνύων ὡς κάτοπτρον, ἀπροσκόπτως **C**
 15 ἀπέπτυνεν διὰ γλώττης ἄνευ φόβου πάντα λόγον σκληρόν), ἀκού-
 σασ οὖν τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως λόγους καὶ συγκλήτου τοὺς
 μνησθέντας τῆ ἡγεμονί Μεχεμέτ, οὕτως πρὸς τοὺς ἀποκρισια-
 ρίους ἐφθόγγετο. „ὦ ἀνόητοι καὶ μωροὶ Ῥωμαῖοι, τὰ τῆς δια-
 νοίας ὑμῶν πανουργεύματα οἶδα ἐγὼ πρὸ πολλοῦ. ἄψετε ἃ
 20 κατέχετε. ὁ παρωχηκὼς ἡγεμὼν ἡμερος καὶ εἰς πάντα ἀρραι-
 φνῆς φίλος ἐτὶν γχανεν καὶ χρηστῆς συνειδήσεως ἄνθρωπος·
 ὁ δὲ νῦν ἡμέτερος ἡγεμὼν Μεχεμέτ οὐκ ἔστι τῆς τοσαύτης γνώ-

mani prosapia aequae ac dux vester oriundus est, vir aetatis perfectae; ad quem singulis diebus quamplurimi confluunt; dominum ducemque appellant ac salutant. ipse vero, unde ipsis largiatur, non habet, ideoque imperatorem rogat; qui petenti, cum ipsum pecunia deficiat, satisfacere nequit. alterum itaque postulamus: aut duplam pensionem nobis solvite, aut Orchanem liberum dimittimus. neque enim Othmani posteros alere tenemur: sed in id ex aerario vestro pecunia erogari debet; custodire illum, et ne urbe profugiat prohibere, nobis oneris satis incumbit. haec et similia audivit Halil Basa, qui Romaeis duabus de causis favebat, quod facilis ac mansuetas indolis esset, quodque dona libenter ab his acciperet. siquis sane quovis de negotio cum eo acturus aurum in eius manum misisset, et tanquam politum speculum ostendisset, sermones quantumvis asperos sine offensionis metu effutire poterat. cum, inquam, audisset, quos ab imperatore et senatu Mehemeti principi legati sermones afferebant, eos sic allocutus est. o stulti et insipientes Romaei, consilia vestra astuta et fraudulenta iamdiu est cum intelligo. illa omitte. defunctus princeps, et rectae conscientiae vir idemque mansuetus, sinceram cum omnibus amicitiam coluit. qui nunc imperat Mehemetes, non ea est, qua vos confiditis, sententia. si namque manus ipsius, cuius audacia ferocitas et impetus mihi perspecti sunt,

μης, ἣν ὑμεῖς θαρρεῖτε, καὶ γὰρ εἰ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἀπο-
 δραύσει Κωνσταντινούπολιν, πρὸς τὸ θρασυ καὶ ἄγχιον καὶ ὀρη-
 D τικὸν αὐτοῦ λέγω, γινώσκων γινώσομαι ὅτι ἔτι θεὸς παραβλέπει
 τὰς ὑμῶν διαβουλάς καὶ διαστροφάς. ἄνθρωποι μωροί, τὴν
 χθὲς καὶ πρότερον γενομένην μεθ' ἡμῶν ἔνορκον πράξιν ἤδη 5
 φέρομεν, καὶ εἰ δυνατόν εἰπεῖν, τὰ γεγραμμένα οὐπω ἐξήρσανται.
 νῦν δὲ διότι τὴν ἀνατολὴν διαβάντες καὶ ἐν Φρυγίᾳ διάγον-
 τες, θέλετε φεβῆσαι ἡμῶς, δεικνύντες τὰ παρ' ὑμῖν κατεσκευα-
 σμένα συνήθη μορμολύκεια. οὐκ ἔσμεν παιδάρια ἄνευ γνώ-
 σεως ἢ δυνάμεως. εἴ τι δύνασθε πράξαι, πράξατε. εἰ βού- 10
 λσαθε τὸν Ὁρχάν δεῖξαι ἡγεμόνα ἐν Θράκη, δεῖξατε. εἰ τοῦς
 P. 133 Οὐγγρους μελετᾶτε διαπερῶσαι τὸν Δάνουβιον, ἐλθέτωσαν. εἰ
 V. 106 καὶ ὑμεῖς βούλεσθε τοῦ καταδραμεῖν καὶ λαβεῖν ἢ πρὸ πολ-
 λου ἀπωλέσασθε, τοῦτο ποιήσατε. πλὴν γινώσκετε ὅτι εἰς οὐ-
 δὲν τούτων εὐδοκιμήσετε, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὃ δοκεῖτε ἔχειν 15
 ἀρθῆσεται ἀφ' ἡμῶν. πλὴν ἐγὼ ἀναγγελοῦ τῷ κυρίῳ μου,
 καὶ τὸ αὐτῷ βουλευτὰν γενέσθω." ταῦτα ἀκούσας ὁ Μεχε-
 μὲτ καὶ θυμοῦ πλησθεὶς οὐκ εἶχε τί ποιῆσαι, καὶ τῷ Κα-
 ραμᾶν συνεσπέισατο. εἶχε γὰρ ἐπιλογισμὸν τοῦ ἀφανίσαι
 αὐτὸν κατὰ κράτος· ἀλλὰ κατὰ νοῦν ἐσκόπει, „μή πως ὁ βα- 20
 αιλεύς τῶν Ῥωμαίων, ἐν τῇ ἀνατολῇ ὄντος μου, προσκαλέ-
 σθαι τὰ λοιπὰ τὰ ἔθνη τῶν Χριστιανῶν, καὶ ἐκβαλοῖ καὶ
 B ὑπολύσοι τὸν Ὁρχάν, καὶ σὺν τῇ ἀρωγῇ τούτων γενήσεται

Cpolis effugerit, tunc certissime cognoseam calumnias vestras men-
 temque pravam deum vindicare nondum velle. viri fatui, quam heri
 et nudius tertius pacem sacramento invicem adacti sancivimus, do-
 mum tantum non portamus; et si ita dicere liceat, in tabulis exa-
 rata scriptura nondum desiccata est. nunc vero quare in Anatoliam
 transiistis et in Phrygiam pervenistis, ostentatione terriculamentorum,
 vobis ex more confictorum, metum nobis iniecturi? viribus invalidi
 et rerum notitia carentes pueri haud sumus. vos siquid valetis, effi-
 cite. Orchanem si Thraciae principem renuntiare vultis, hoc agite.
 si Hungaros cis Danubium accersere cogitatis, trajiciant. si nostra
 quoque invadere, quaeque ante plures annos amisistis, repetere ac
 recuperare vobis propositum fuerit, id quoque licet. id vos tamen
 scire velim, nihil horum ex voto vobis cessurum; quin etiam ea eri-
 pientur vobis, quae possidere existimatis. ista omnia denique domi-
 no meo nuntiabo, quodque visum ei fuerit, fiet. his auditis ira suc-
 census Mehemetes anceps animi haerebat. cum Caramano propterea
 ad pacis conditiones adductus est, quem totis viribus pessumdare
 decreverat. verum ita secum cogitabat motus. dum, inquit, in Ana-
 tolia dego, Romaeorum imperator ceteras gentes Christianas in me
 concitabit et Orchanem liberum dimittet; harumque nationum ora

κύριος τῆς ἀνατολῆς, καὶ τὰ τῆς δύσεως παραχωρήσει τοῖς
 Ῥωμαίοις." ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὁμοια λαβῶν κατὰ νοῦν
 βλέπει τοὺς πρόβειαι τοῦ Καραμῖν ἰλαρῶ βλέμματι, καὶ κα-
 5 τὰ καιρὸν ἐπαπειλητικὸς λόγους αὐτοὺς εἰδίδου, παρὰ καιρὸν
 δὲ καὶ πρᾶους, ἕως οὗ τὴν εἰρήνην ἐνόρκως ἠσφαλίσατο καὶ
 μετὰ ἀγάπης ἀπέπεμψε. τοὺς δὲ τοῦ βασιλέως πρόβειαι ἀπε-
 κρίνατο ὡς „ἤδη διασυντόμως ἐν Ἀδριανουπόλει μέλλομεν
 εἶναι, κἀκεῖ ἐλθόντες ἅπαντα τὰ τῷ βασιλεὶ καὶ τῇ πόλει
 10 ἀναγκαῖα ἀναγγεῖλατέ μοι, καὶ ἐτοιμὸς ἔχω τοῦ δοῦναι πᾶν
 τὸ ζητούμενον." σὺν τούτοις δὲ καὶ ἑτέροις μελιχίοις λόγοις C
 κολακεύσας ἀπέλυσεν. ὁ δὲ Μεχεμέτ διαβὰς δι' ὀλίγων ἡμερῶν
 τὸν πορθμὸν καὶ ἐν τῇ Ἀδριανοῦ εἰσελθὼν, παρευθὺν στεῖλας
 ἕνα τῶν δούλων αὐτοῦ ἐν τοῖς κατὰ τὸν Στρυμόνα χωρίοις
 15 ἐκώλυσε τὴν πρόσοδον τὴν εὐεργετηθεῖσαν τῷ βασιλεὶ, καὶ
 τοὺς ἐπιβλέποντας καὶ οἰκοδοσοτεύοντας ταύτην ἐδίωξε, τὸν
 πρῶτον χρόνον μόνον γευσάμενος. μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον
 ἑτέρου ἤψατο λίαν ἐπιζημίου καὶ θανασίμου κατὰ Ῥωμαίων.
 χεϊμαῖνος γὰρ ἀρξάμενος προστάγματα καὶ διαλαλίας ἐν τε
 20 δύσει ἐν τε ἀνατολῇ ἐν ἑκάστη ἐπαρχίᾳ τοῦ ἐτοιμάσαι οἰκο-
 δόμους τεχνίτας χιλίους καὶ ἐργάτας κατὰ ἀναλογίαν τῶν τε- D
 χνιῶν καὶ ὑσβεστοκαύστας καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν πᾶσαν ἐργασίαν
 καὶ παρακομιδὴν, τοῦ εἶναι ἐτοιμοὺς ἐν ἑαρι εἰς κατασκευὴν

Occidentis provinciae Romaeis cedent, dum Orchanes Orientem retine-
 bit. haec et similia animo volvens, sereno ac mansueto vultu Carama-
 ni legatos admittit: minaces sermones opportune ad eos habet; man-
 suete ac benigne alias praeter tempus alloquitur, donec pacem sa-
 cramento adactus constituisset et amice complexus dimisisset. ad im-
 peratoris autem legatos haec verba respondit: Adrianopoli brevi ad-
 erimus. illuc cum venerimus, omnia quae imperatori et urbi neces-
 saria sunt nobis exponite. quodcumque rogaveritis, id praestare pa-
 ratus sum. his et aliis sermonibus blandis usus eos dimisit. Mehe-
 metes ergo paucis diebus fretum transvectus Adrianopolim accessit;
 statimque quemdam servorum suorum in regionem ad Strymonis ripas
 sitam mittit, qui reditus imperatori concessos ei solvi vetaret,
 illorumque administratores et procuratores, qui anni unius solum-
 modo pensionem perceperant, expelleret. hoc peracto rem aliam
 damnosam admodum ac perniciosam Romaeis aggreditur. hieme ad-
 ventante per provincias singulas Occidentis ac Orientis edicta pro-
 mulgari iubet, mandatque ut fabri et architecti mille, in unoquoque
 loco ratione multitudinis eorum habita, operarii etiam numero fa-
 brorum congruentes et calcis coctores congregarentur; et ut omnia
 verbo dicam, cuncta quae ad opus absolvendum et ad comportandas
 materias necessaria erant, vero appetente praesto essent ad castrum

- κάστρον ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἱεροῦ ὑπεράνω τῆς πόλεως. τότε οἱ Ῥωμαῖοι ἀκούσαντες τὴν πικρὰν ταύτην ἀγγελίαν, καὶ οἱ ἐν Κωνσταντίνου καὶ οἱ ἐν πάσῃ τῇ Ἀσίᾳ τε καὶ Θράκῃ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις οἰκοῦντες Χριστιανοὶ ὑπερήγησαν, ἐξηράνθησαν. οὐκ ἦν ἐν ἀλλήλοις γλῶσσα ἢ διαλαλία πλὴν „νῦν τὸ 5 τέλος ἤγγισε τῆς πόλεως· νῦν τὰ σήματα τῆς φθορᾶς τοῦ ἡμετέρου γένους, νῦν αἱ ἡμέραι τοῦ ἀντιχρίστου. καὶ τί γένο-
- P. 134 μὲν ἢ τί ποιήσωμεν; ἀρθῆτω ἀφ' ἡμῶν ἡ ζωὴ ἡμῶν, κύριε, καὶ μὴ ἴδωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δούλων σου τὴν φθορὰν τῆς πόλεως, μηδὲ εἶπῃσαν οἱ ἐχθροὶ σου, δέσποτα, ποῦ εἰσιν οἱ φ- 10 λάσσοντες ταύτην ἄγιοι;” ταύτην γὰρ τὴν φωνὴν σὺν κλαυθμῷ οὐ μόνον οἱ τῆς πόλεως ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς σποράδην οἰκοῦντες Χριστιανοὶ καὶ οἱ ἐν ταῖς νήσοις καὶ οἱ ἐν τῇ θύσει τὸ αὐτὸ μετὰ κλαυθμοῦ ἐβόων. ὁ δὲ Μεχμετ ἤδη τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἔστειλεν ἀπανταχοῦ τοὺς τεχνίτας καὶ τοὺς 15 ἐργάτας συναγαγόν. ὁ βασιλεὺς δὲ στείλας ἐν Ἀδριανουπόλει πρέσβεις, οὐχ ὅτι ζητῆσαι τι τῶν ὧν ἠβούλετο, οὐδὲ διπλασιάσαι τὴν πρόσσodon, ἀλλ' εἶπον αὐτῷ „ἡμεῖς ἤδη τὴν σήμερον ἔτος ἐστί που ἑκατοστὸν καὶ ἐπέκεινα ἀφ' οὗ τὴν
- V. 107 Ἀδριανούπολιν ὁ σὸς πάππος Μωράτ ὁ τοῦ Ὀρχάν υἱὸς ἔλα- 20 βε· καὶ ἔκτοτε συνθήκας ποιήσαντες οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι μέχρι σοῦ, οὐδεὶς ἐμελέτησε πύργον ἢ καλύβην

in ostio sacro supra Cpolim aedificandum. hoc nuncio tam ingrato ac acerbo allato, Romaei, qui Cpolim quique Thraciam et Asiam incolebant, insulares etiam Christiani, animi aegritudine ac inoerore consumpti, alios sermones inter se praeter istos non habebant. nunc vicinus est urbis finis. portenta imminentis genti nostrae ruinae nunc videbuntur. dies Antichristi advenerunt. quid de nobis statuetur? quid faciemus? vita nobis, domine, prius eripiat, quam oculi servorum tuorum urbis eversionem videant. ne dicant inimici tui, domine, ubi sunt sancti, qui urbem illam tuentur? has voces cum eiulatu et fletu non solum Cpolitani, sed et cuncti Christiani per Anatoliam insulas et Occidentem dispersi easdem lacrimis ac lamentis mixtas fundebant. Mehemetes vere inchoato undequaque artifices et operarios collegit. at imperator Adrianopolim legatos misit, non quae vellet, aut reditus duplo ampliores sibi dari, per eos petiturus: sed eiusmodi orationem legati ad Mehemetem habuerunt. „annus iam centesimus agitur, vel etiam plures elapsi sunt, ab erepta nobis per tritavum tuum Moratem Orchanis filium Adrianopoli: et ab illo tempore principum genus ab eo ducentium nullus praeter te turgurium, nedum turrim, in urbis ipsius vestibulo post inita foedera ponere cogitavit. quamvis enim suborta belli causa ad pugnam ventum sit, ad conditiones tamen pacis descensum postea, et reconcili-

πῆξαι ἐν τῇ αὐτῇ τῆς πόλεως. εἰ γὰρ καὶ αἰτία τις εὗρίσκε-
 το καὶ μάχην ἀμφοτέροι συνίστων, ἀλλὰ δι' ἄλλης συμβιβά-
 σεως τὰ τῆς εἰρήνης ἐπράττοντο. ὁ γὰρ σὸς πάππος ὁ Με-
 χεμέτ βουληθεὶς ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν κειμένη τοῦ πορθμοῦ
 5 ἡ κτίσαι φρούριον, παρακλητικῶς, καὶ ὡς υἱὸς πρὸς πατέρα,
 τὴν αἴτησιν οὐ μικρὰν ὁ Μεχεμέτ πρὸς τὸν βασιλεῖα
 Μανουὴλ ἐποίησεν· ὄθεν καὶ κατένευσεν ἐπὶ σκοπῷ ὅτι ἐν
 τῇ ἀνατολῇ ὑποκόδομητο τὸ ἔργον καὶ ἡ ἀνατολὴ πᾶσα πρὸς
 χρόνων πολλῶν ἦν αὐτοῖς προσφκειωμένη. τὸ δὲ σὺ τὴν νῦν
 10 καλῶς ἐχόντων πάντων σὺν σοί, ὀρῶμεν ἀσφαλῶς ὅτι μέλλεις
 τὴν Θάλασσαν τὴν Ποντικὴν ἄβατον ποιῆσαι τοῖς Φράγκοις
 καὶ τὴν πόλιν λιμοκτονῆσαι καὶ τὰς εἰσόδους τῶν ἐν αὐτῇ
 τελουμένων κομμερκίων κωλύσαι. δεόμεθα οὖν, ταύτην τὴν
 βουλήν ἀπόκοπον, καὶ ἐσόμεθα φίλοι σου χρηστοὶ καθὰ καὶ
 15 σὺν τῷ πατρὶ σου τῷ χρηστῷ ἡγεμόνι. εἰ βούλει καὶ τέλος
 δίδόναι, δώσομεν." ὁ δὲ Μεχεμέτ ἀπεκρίνατο „ἐγὼ ἐκ τῆς
 πόλεως οὐ λαμβύνω τι. ἐκτὸς τῆς τάφρου οὐκ ἔχει οὔτε
 κέκτηται τι. καὶ γὰρ εἰ ἤθελον κτίσαι ἐν τῷ ἱερῷ στομίῳ φρου-
 ριον, οὐκ εἶχε δίκαιον τοῦ κωλύειν με. πάντα γὰρ ὑπὸ τὴν
 20 ἐμὴν ἐξουσίαν εἰσὶν καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν κείμενα τοῦ στο-
 μίου φρούρια, καὶ ἐντὸς αὐτῶν Τοῦρκοι κατοικοῦσι, καὶ τὰ
 ἐν τῇ δύσει αἰοικα ἐμά εἰσι· καὶ γὰρ Ῥωμαῖοι οὐκ ἔχουσι
 ἐπ' ἀδειάς τοῦ οἰκῆσαι. ἢ οὐκ οἴδατε ἐν ποίᾳ στενοχωρίᾳ

liata concordia in tranquillum iterum statum res constitutae sunt.
 voluerat olim avus tuus Mehemetes in littore orientali freti castrum
 a fundamentis excitare; quare ut id ab imperatore Manuele consequeretur,
 diu multumque, ut filius patrem solet, eum precatus est.
 ille tandem annuit, et castrum in littore orientali aedificare permisit;
 cum etiam multos ante annos ab eius maioribus tota Anatolia pos-
 sessa fuisset. tu vero, quicum pacifice et prout decet nos gerimus,
 manifesto navigationem Ponti Euxini interciperere vis, Francos arcere,
 urbem fame enecare et consumere, reditusque, qui ex mercium ve-
 ctigalibus in ea percipiuntur, rescindere. hoc consilium a nobis ex-
 oratus omitte. quam cum patre tuo optimo principe amicitiam co-
 luimus, tecum fidelem ac integram servabimus. tributum insuper, si
 nobis imperas, id pendere parati sumus. „ad ista respondit Mehemetes.“
 quod urbis sit, quae extra fossas nihil possidet nec dominium
 habet, non occupo. quodsi ad sacrum ostium aedificare castrum vo-
 lui, id me vetare non poterat. omnia quippe castra ad ortum ostii
 sacri sita, quaeque Turci habitant, ditioni meae subdita sunt. qui
 vero agri derelicti occasum spectant, mei sunt, cum in illis Romaei
 secure degere nequeant. num meministis ad quas angustias pater
 meus redactus fuerit, quantaque pericula ipsi impenderint, quo tem-

ὑπέστη καὶ δεινῇ περιστάσει ὁ ἐμὸς πατὴρ, ὅταν τοὺς Οὐγγ-
 γροις ὁ βασιλεὺς συνετέθη, καὶ διὰ ξηρᾶς ἐλθόντες ἐκείνοι,
 διὰ θαλάσσης τὰς τῶν Φραγκῶν τριήρεις ἐν ταύτῃ τῇ Ἑλλησ-
 πόντῳ ἠγάγετο, καὶ τὸν Καλλιουπόλεως προθμὸν ἀποκλεί-
 σαντες οὐκ ἐδίδουν πορείαν τῷ ἐμῷ πατρὶ; ἀναβάς οὖν με-
 χρι τοῦ τόπου τοῦ ἱεροῦ στομίου ἐγγύς, καὶ ἐν τῷ πολιχνίῳ
 P. 135 ὁ εἰδέματο ὁ πατὴρ αὐτοῦ, σὺν ἀκατίοις περάσας θεοῦ εὐ-
 δοκοῦντος. καὶ γὰρ αἱ τριήρεις τοῦ βασιλέως ἐκεῖ κατεσκό-
 πουν τοῦ κωλύσαι τὴν διάβασιν· ἐγὼ δὲ ἐκαθήμεν ἐν Ἀδρια-
 νουπόλει παιδίον ὢν, ἐκδεχόμενος τὴν τῶν Οὐγγρων ἄφιξιν 10
 οἱ δὲ Οὐγγροι ἐλεηλάτουν τὰ περίξ τῆς Βάρνης, καὶ ὁ βασι-
 λεὺς εὐφραίνετο, καὶ τὸ τῶν Μουσουλμάνων γένος ἐδυσφό-
 ρει, καὶ οἱ καθούριδες ἔχαίροντο. τότε ὁ ἐμὸς περάσας με-
 τὰ πολλοὺς τοὺς κινδύνους ἄμοσε τοῦ ποιῆσαι κατανατιχρὸν
 τοῦ φρουρίου τοῦ κειμένου πρὸς ἀνατολὴν ἕτερον φρούριον 15
 πρὸς δύσιν. ἐκεῖνος οὐκ ἔφθασε τοῦ ποιῆσαι· ἐγὼ τοῦτο
 μέλλω ποιῆσαι θεοῦ ἀρωγοῦντος. τί με κωλύετε; ἢ οὐκ ἔξε-
 B στι ποιῆσαι ἐν τοῖς ἐμοῖς ὁ βούλομαι; ἀπέλθατε, εἵπατε τῷ
 βασιλεῖ· ὁ νῦν ἡγεμὼν οὐκ ἔστι τῶν πρώην ὅμοιος· ἃ οὐκ
 ἠδύνατο ἐκείνοι ποιῆσαι, οὗτος ὑπὸ τὴν χεῖρα καὶ εὐκόλως 20
 ἔχει τοῦ πρᾶξαι, καὶ ἃ οὐκ ἐβούλοντο ἐκείνοι, οὗτος θέλει
 καὶ βούλεται. καὶ ὁ ἐλθὼν ἀπὸ τοῦ νῦν ἔνεκα τῆς ὑποθέσε-
 ως ταύτης ἀφαιρεθήσεται τὴν δοράν." οἱ δὲ τοῦ βασιλέως

pore foedus cum Hungaris imperator pepigit. hi dum terra moverunt,
 navibus suis Franci Hellespontum usque provecti sunt, et Callipoleos
 freto praecluso patrem meum transitu arcuerunt; qui superiora lo-
 ca petiit, et ad castrum a patre suo prope ostium sacrum constru-
 ctum venit, ubi acatiis, quamvis illic imperatoriae triremes transi-
 tum impedituram stationem haberent, deo favente traiecit. per id
 tempus Hungarorum adventum, qui Varnae vicina loca populabantur,
 expectans puer etiamtum Adrianopoli degebam. at imperator laetus
 exultabat, et gente Musulmanorum aerumnis pressa Cavarides gau-
 debant. multa post pericula exantlata superato freto, iuravit pater
 meus castrum aliud se excitaturum in occidentali littore, e regione
 eius quod in orientali positum est. tempus illi ad id opus non su-
 perfluit, quod nunc dei ope adiutus aggredior. cur vetatis? nonne
 mihi licet in ditione mea quod libuerit facere? abite. imperatori ta-
 lia nuntiate. cum hoc, qui nunc regnat, principe decessores eius
 componendi non sunt; quae non potuerunt illi praestare, prompte ac
 facile perficere hic potest: quae non voluerunt, valde vult. quicumque
 vero deinceps legationem hac de re obierit, ei vivo pellis detrahe-
 tur. legati ubi responsa tyranni iram et furorem spirantia accepe-

ἀκούσαντες τοῦ τυράννου τὴν ὀργῆς καὶ θυμοῦ πνέουσαν ἀπόκρισιν, εἰς τὴν πόλιν ὑπέστρεψαν ἀναγγειλαντες τῷ βασιλεῖ πάντα. τότε γὰρ τῆς πόλεως ἅπαντες ἐν ἀγωνίᾳ καὶ φόβῳ συνηγόμενοι ἀλλήλοις ἐμιλοῦντες ἔλεγον „οὗτός ἐστιν ὁ μέλλων 5 εἰσεῖναι ἐν τῇ πόλει καὶ φθεῖραι καὶ αἰχμαλωτῖσαι τοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ κατακατῆσαι τὰ ἅγια, καὶ ἀφανίσει τοὺς τιμίους ναοὺς, C καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς κείμενα λείψανα θεοφόρων ἀνδρῶν καὶ μαρ- V. 108 τύρων ἐν ταῖς πλατείαις καὶ ταῖς τριόδοις ἐναπορριψαί. οἴμοι, τί πράξωμεν; ποῦ φύγωμεν;” ταῦτα καὶ ἕτερα οἱ δυσ- 10 τυχεῖς κλαίοντες τὴν αὐτῶν ζωὴν ἐταλάμιζον.

Ὁ δὲ Μεχμετὲς ἤδη ἕαρος ἄρξαντος καὶ Μαρτίου μηνὸς ἤδη παρεληλυθότος, ἡ ἄσβεστος ἔτοιμος γέγονεν ἐν τοῖς Καταφυγίοις, τὰς καμίνους παμπληθεῖ ἐργασάμενοι, καθ' ἐκάστην ἐξέφερον, ἐκ δὲ Νικομηδίας καὶ Ποντοσηρακλείας τὰς 15 δοκούς, ἐκ δὲ τῆς ἀνατολῆς τοὺς λίθους. κατὰ δὲ τὸ προσταχθὲν προλαβόντες ἅπαντες οἱ ἐν ἐξουσίᾳ, οἱ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως, μεθ' ἑαυτῶν τοὺς ἀγαρευθέντας ἀπήεσαν. τότε καὶ ὁ ἡγεμὼν ἐξελεθὼν ἐκ τῆς Ἄδρια- D τοῦ κατήντησεν ἐν τῷ τόπῳ ὃ ἐμέλλε δεῖξαι τοῦ πῆξαι τὸν θε- 20 μέλιον τοῦ κάστρου. καὶ δὴ καταλαβὼν μίαν ῥαχίαν κίτωθεν τοῦ Σωσθενίου καλουμένην ἔκπαλαι Φόνεαν, ἐκεῖ ὡς ἐν τριγώνῳ σχήματι τὸν θεμέλιον ὄρισάτο πηγνύει, ὃ καὶ γε-

runt, in urbem revertuntur et cuncta ad imperatorem referunt. universi tunc cives animam propemodum agentes, metu correpti ac attoniti colloquiis mutuis haec agitant. „hic est qui urbem occupaturus et devastaturus est; cunctos sub iugum mittet, sacra pedibus conculcabit; egregia et eximia templa solo aequabit, depositasque in iis virorum divino spiritu plenum ac martyrum reliquias per plateas et trivia dissipabit ac disperdet. hei! quid faciemus? quo aufugiemus?“ haec et alia, vitae suae aerumnas ac miseras desidentes, lamentis ac eiulationibus verba intercisā mittebant.

At Mehemeti, vere iam ineunte, mense Martio elapso, parata iam erat calx, in furnis plurimis ad Cataphygia constructis cocta, quotidie in destinatum locum comportata. advectae etiam e Nicomedia et Heraclea Ponti trabes, ex Anatolia lapides subvecti; omnesque principis imperio obsecuti, cum qui munera et magistratus gerebant, tum Orientis ac Occidentis provinciis praefecti, ductis secum iis a quibus operae exigebantur, illuc abierunt. ipse etiam princeps Adrianopoli profectus est ad locum, in quo castrī fundamenta designaturus erat: infra Soathenium itaque, Phoneam antiquitus dictam, in acclivi loco triangularis figurae fundamenta iaci praecipit; idque celeriter factum. castrum hocce oppositum ei quod avus suus extruxerat, Bascesen appellari, iussit, quod latine redditum

νόμενον τὴν κλῆσιν τοῦ κάστρου Πασχεσὲν ἐκέλευσε καλεσθαι, ἐξελληνιζόμενον δὲ ἐρμηνεύεται κεφαλοκόπτης, ἔχον ἄντικρυ καὶ τὸ φρούριον ὃ ἐδείματο ὁ πάππος αὐτοῦ. διέ-
 νειμεν οὖν τὴν οἰκοδομὴν οὕτως. τῷ μὲν Χαλὶλ πασία δέ-
 δωκε μίαν τῶν γωνιῶν τῶν ἐν τῇ θαλάσῃ κειμένων τοῦ οἰ-
 5 κοδομησάσαι πύργον ἕνα ὑπερμεγέθη καὶ στερεὸν ὡς ἀκρόπολιν,
 P. 136 τῷ δὲ Ζάγανος ἕτερον ἐν τῇ ἐτέρᾳ γωνίᾳ τῇ κειμένῃ ἐν
 τῇ ξηρᾷ, μέγαν καὶ αὐτόν, τῷ δὲ Σαριτζία ἄλλον ἐν τῇ τρίτῃ
 γωνίᾳ, τοὺς αὐτοὺς τρεῖς πύργους ὡς ἀντίμαχα καὶ ἀκρο-
 πόλεις ἐκ τῶν οἰκείων ἀναλωμάτων· τὸ δὲ τεῖχος καὶ τὴν 10
 ἐτέραν ἄλλην τοῦ κάστρου οἰκοδομὴν αὐτὸς ὁ ἡγεμὼν ἀνε-
 λάβετο. καὶ ἦν ἰδεῖν συρρέοντα τὰ πλήθη ἐκ τῶν ἀπαντα-
 χοῦ τῆς γῆς μερῶν σὺν τοῖς καθύπευκτοις ἡγῶν τοῖς κριταῖς,
 ἐπάνω κεφαλικῆς τιμωρίας τοῦ τυράννου προστάξαντος. καὶ
 διαμερίσας τὴν κτίσιν ἀνά πῆχους τῷ τεχνίτῃ οἱ τεχνῆται 15
 ὡς χίλιοι, καὶ ἐν ἐκάστῳ τεχνίτῃ ὑπουργοὶ δύο ἐγγὺς αὐτοῦ,
 B ἔξωθεν τοῦ τεύχους, καὶ ἔσωθεν ἕτεροι τοσοῦτοι καὶ τεχνί-
 ται καὶ ὑπουργοί. οἱ δὲ κομίζοντες πέτρας, ἄσβεστον, πλίν-
 θους ὅπου ὑπὲρ ἀριθμὸν. καὶ αὐτοὶ οἱ μεγασιῶνες κατὰ
 καιρὸν ὑπουργοῦν, καὶ πέτρας καὶ ἄσβεστον ἐδίδουν ὀφθαλμοῦ 20
 τὴν τοῦ τυράννου ὁμότητα. τὴν δὲ παραχομιδίην καὶ ἐκ τῆς
 περῆας καὶ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἄπασαν παρὰ τῶν ἐρειπίων
 τῶν κειμένων τῶν ποτῶν μεγάλων ἀναθημάτων ἐλάμβανον· ἐξ
 ὧν καὶ τινὰς κίονας μετακομίσαντες ἀπὸ τῶν ἐρειπίων του

nomen capitis amputatorem significat. aedificandi castrī munia suis ita distribuit. Halili Bassae alterum castrī angulum mari adiacentem commisit, ut turrem praegrandem arcis firmae ac validae parem in illo angulo aedificaret. Zaganum angulo continentem spectanti praeposuit, ad turrim quoque altam ibi construendam. Sariciae tertiam turrim in tertio angulo erigendam mandavit; illaque turrim trias, quae totidem propugnacula et arces erant, suorum impensis absolvitur. caeterum moenium et aliarum castrī partium curam in se princeps recepit. cernere erat multitudinem ex omnibus partibus concurrentem, quam Cadisi (id est iudices) iussi adducebant: capitis quippe poena imperium detrectantibus a tyranno indicta erat: is unicuique fabro singulos cubitos, qui mille erant, assignavit; binasque operas extra castrī ambitum, et intra totidem materias fabris ministrantes attribuit. innumeri aderant, lapides, calcem lateresque coctos portantes. ipsi proceres lapides et calcem, tyranni crudelitate perspecta, fabris quandoque ministrabant. omnes porro illae materiae ex continente opposita afferbantur; et ex locis Byzantio vicinis iacentia rudera superbiorum quondam templorum extracta in id opus fuere. inter

ναοῦ τοῦ ταξιάρχου Μιχαήλ, τινὲς τῶν τῆς πόλεως ζήλων
 κινούμενοι ἐξῆλθον τοῦ κωλύσαι τοὺς Τούρκους, καὶ δὴ συλ-
 ληθόντες πάντες διὰ μαχαίρας ἀπέθανον. ὁ βασιλεὺς οὖν
 ἰδὼν ὅτι εἰς τέλος προχωροῦσι τὰ τοῦ τυράννου βουλευόμενα, C
 5 τὴν ἄλλην ἐτραπέτο, καὶ δὴ πέμπσας ἀποκρισιαρίους ἐζήτη-
 τινὰς δεφένσορας τοῦ δεφενδεύειν τοὺς εἰς τὰς κώμας τῆς
 πόλεως Ῥωμαίους, ἵνα μὴ οἱ Τούρκοι διερχόμενοι λυμήνουσι
 τὴν αὐτῶν γεωργίαν (ἦν γὰρ ἐγγὺς φθάσας τὸ θέρος), στεί-
 λας αὐτῶν καὶ διάφορα δωρήματα καὶ πρὸς τροφήν καὶ πό-
 10 οισιν, καθ' ἑκάστην φιλοτιμῶν τὸν ἀνήμερον δραπετὰ ἐξ ἀνά-
 γκης καὶ βίας. ὁ δὲ Μεχεμέτ ἐκ τῶν αὐτοῦ δούλων ἐστείλε
 τινὰς, δρῖσας αὐτοὺς τάχα τοῦ ἐπισκοπεῖν καὶ τηρεῖν τοὺς
 ζημιουμένους, παραγγείλας αὐτοῖς μὴ κωλύειν εἰς τέλος τοὺς
 εἰς τὰς νομάς τῶν Ῥωμαίων εἰσερχομένους Τούρκους τοῦ Θρέ- D
 15 ψαι τὰ αὐτῶν ζῶα, εἴτε ἡμίθνοι ὄσιν εἴτε ἵπποι ἢ ἄλλα τινὰ V. 109
 τῶν ἀχθηφόρων ζώων, ἃ ἐν τῇ δουλείᾳ τοῦ κάστρου τυγγά-
 νουσιν, ἀλλ' εἶν αὐτούς· „καὶ ὁπότε οἱ Ῥωμαῖοι θυμωθέντες
 ἀντιστήσονται τοῖς Τούρκοις, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν τοῖς Τούρ-
 κοῖς ἀντίστητε.” ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ υἱὸς τοῦ
 20 Σπεντιάρ, ὁ ἐπὶ θυγατρὶ γαμβρὸς τοῦ Μωράτ, ἀδελφῆς τοῦ
 Μεχεμέτ, ἦν ὁ λόγος προλαβὼν ἐμνημόνευσεν, ἐκ τοῦ Ἀδρα-
 μυντίου κατὰ τὸ κοινὸν θέσπισμα καὶ οὗτος σὺν τοῖς ὑπ'
 αὐτὸν ἐστρατεύσας ἀπήει ἐν τῷ ἡγεμόνι ὑπουργήσων καὶ

quae etiam columnas quasdam advexerunt ex templi rudibus, quod
 militiae coelestis duci Michaeli olim dicatum fuerat. cives interea
 aliqui zelo religionis impulsus ad Turcos prohibendos urbe exierunt;
 qui capti fuerunt, ferro omnes periere. postquam animadvertit im-
 perator tyranni consilia exitum sortiri, aliam viam capessere statuit,
 et per apocrisarios ab eo poscit praesidiarios, qui vicus suburbica-
 rios illorumque incolas tuerentur, ne Turci huc illuc vagantes sege-
 tes agricolarum corrumpere, cum aestas instaret, propemodum ma-
 turas. varia etiam ei dona, ac esculenta et potulenta quotidie, vi
 ac necessitate coactus mittebat, draconem ferum honore prosecutus.
 verum Mehemetes servorum suorum aliquos misit, quibus mandat
 ut diligenter speculerentur et observent, ne Turcos, qui ad pascent-
 dum multos equosve sive alia veterina animalia castro aedificando
 inservientia in agros immitterent, prohiberent illi quibus damnum
 inferretur, sed eos libere pascere sinerent. si quando vero Romaei
 indignati sese opposuerint, tunc et ipsi cum Turcis obsistere iussus
 sunt. eodem tempore Spendiaris filius, Moratis gener Mehemetisque
 sororius, nobis supra memoratus, principis edicto publico obtempe-
 rans, cum suis Adramyntio profectus, operam suam quoque in castris
 aedificatione principi navaturus venit. cumque prope turrim quas

αὐτὸς τὴν κοινὴν ἀγγραίαν ἐν τῷ κάστρῳ. καὶ δὴ πλησίον
 P. 137 πέξεύσας τοῦ πύργου τοῦ λεγομένου Ἐπιβάτας, ἀπολύσαντες
 τοὺς ἵππους καὶ τὰ σκευοφόρα ζῶα ἐν τοῖς καρποῖς τῶν Ῥω-
 μαίων ἐλυμῆναντο τοὺς στάχνας καὶ τὴν ἄλλην παντοίαν
 χλόην. εἷς δὲ τῶν Ῥωμαίων ὄρων τὴν γενομένην ζημίαν ἐν 5
 τοῖς πολυκόποις αὐτοῦ γεωργήμασιν δραμῶν ἐδίωξε τοὺς ἵπ-
 πους ἐκ τοῦ ἀγροῦ. εἷς δὲ τῶν ἱππηλατῶν Τοῦρκος φθάσας
 παίει τὸν Ῥωμαῖον. ἄλλος δὲ προσγενῆς τοῦ τυφθέντος ἔδρα-
 με, καὶ μετ' αὐτὸν ἕτερος, ὁμοίως καὶ οἱ Τοῦρκοι ξιφήρεις.
 συμπλακέντες οὖν ἀλλήλοις ἐσφάγησαν ἐκ τῶν Τούρκων ὁμοί- 10
 ως καὶ ἐκ τῶν Ῥωμαίων. τότε ὁ Καγιάπεγ (οὕτω γὰρ ἦν
 αὐτῷ ὄνομα) ἐπὶ τὴν αὐρίον φθάσας εἰς τὸν ἡγεμόνα, καὶ
 B προσκυνήσας αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος, ἀπήγγειλε πάντα τὰ γε-
 νόμενα ἐν ταῖς Ἐπιβάταις· καὶ αὐτὸς μὴ δεηθεὶς ἑτέρας
 ἀγγελίας ἢ παραστάσεως, προστάξας αὐτῷ τῷ Καγιάπεγ 15
 τοῦ ἀπελθεῖν ἐν σπουδῇ σὺν τοῖς αὐτοῦ στρατιώταις καὶ πα-
 τάξαι τοίτους ἐν μαχαίρᾳ πάντας τοῦ χωρίου ἐκείνου. ὃ καὶ
 γέγονεν· ἐλθὼν γὰρ ἐξαιφνης πρωτ', καὶ οἱ γεωργοὶ ἐξελθόντες
 εἰς τοὺς ἀγροὺς τοῦ θερίζειν, ἐπεισεσόντες οἱ Τοῦρκοι πάν-
 τας κατέσφαξαν, τὸν ἀριθμὸν ὡς τεσσαράχοντα. αὕτη αἰτία 20
 τῆς μάχης καὶ ἀφανισμὸς τῶν Ῥωμαίων. τότε ὁ βασιλεὺς
 ἀκούσας τὸ γεγονός ἐκλίσειε τὰς θύρας τῆς πόλεως, καὶ ὄσους
 ἔτυχεν εὐρῶν ἐντὸς Τούρκους πάντας δεσμήσας ἐν φρουρᾷ
 C ἔθετο. καὶ μεθ' ἡμέρας τρεῖς πάλιν ἀπέλυσε· τί γὰρ εἶχε

Epibata dicitur accessisset, agmen quod ducebat, pedibus incedere coepit; frenisque levatos equos ceteraque iumenta in Romaeorum messes agunt, a quibus spicae, ac cetera olera et legumina vastantur. agris a se cultis damnum inferri Romaeus quidam animadvertens occurrit, et inde equos abegit. Turcorum agasonum unus Romaeum percutit. percussi affines unus et alter accurrunt, ex adversa etiam parte Turci. manibus itaque consortis ex Romaeis Turcisque aliquot ceciderunt. postridie, qui Kagia Begus vocabatur, principem cuncta, cui de more salutato cuncta, quae in Epibatis contigerant, narrat. rem ab alio accuratius cognoscere aut inquirere sprexit princeps; iubetque Kagiam Begum sua cohorte stipatum festinanter abire, omnesque vici illius incolas gladiis conscindere; quod factum deinde: in messorum enim, qui mane ad metendum exierant, ex improvise irruunt milites, et circiter quadraginta trucidant. haec fuit belli, quod consecutum est, gentisque Romaeorum eversionis origo. his compertis portas urbis claudi iussit imperator; et Turcos, quotquot in urbe reperti sunt, in carcerem detrusit, triduoque elapso dimisit. quid enim faceret? inter eos qui in urbe capti

 tam parvam Hodegetriae (id est viae ductricis) monasterio vicinam;
 ultra portum etiam, quem circumdabant, usque ad Vlanca locata
 erant. unoquoque horum scalae moenium altitudini pares aliaque
 bellica instrumenta vehebantur. post solis occasum classicum sonuit, et
 tyrannus ipse hora noctis secunda fidelissima iuventute fortiter pu-
 gnante, decem millibus suorum mancipiorum cinctus et equo insi-
 dens, in parte muri deiecta cominus pugnabat. a tergo vero et a
 lateribus supra centum equitum strenuorum millia aderant. in parti-
 bus vero inferioribus usque ad portae aureae portum plures centum
 millibus milites locati erant; et a principis statione ad summam us-
 que palatii partem alia quinquaginta millia militum id spatii occupa-
 bant. navigia vero et pontem alia infinita multitudo tenebat. obsessi
 quoque stationes ad propugnandum partiti erant. imperator et Iohan-
 nes Iustinianus moenium partem dirutam, in aggere exteriori pugnan-
 tes, cum tribus Latinorum Romaeorumque millibus tuebantur. ad
 palatium cum quingentis magnus dux stabat. moenia vero quae ma-
 ri obiecta sunt, et propugnacula, a porta lignea usque ad pulchram,
 iaculatores et sagittarii plusquam quingenti propugnabant. in singu-

τῆς χρυσῆς πύλης ἐν ἐκώστῳ προμαχῶν εἰς ἡ τοξότης ἢ τζαγρότης ἢ πετροβολιστής. πᾶσαν οὖν τὴν νύκτα διαβαίνουσας ἀγρύπνως, μηδ' ὀπωσοῦν κοιμηθέντες. οἱ δὲ Τοῦρκοι σὺν τῷ ἡγεμόνι ἔσπευδον πλησιάσαι τὰ τεῖχη, φέροντες κλίβμακας ὑπὲρ ἀριθμὸν προκατασκευασθείσας. ὁ τύραννος οὖν 5 ἐξόπισθεν τῆς παρεμβολῆς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ ἐλαύνων πρὸς τὰ τεῖχη τοὺς τοξότας, πῆ μὲν κολακεύων ἐν λόγοις, πῆ δὲ ἀπειλῶν. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἀντεμάχοντο ἀνδρείως ὅσον ἡ δύναμις. ὁ δὲ Ἰωάννης γενναίως παρίστατο σὺν τοῖς αὐτοῦ, ἔχων καὶ τὸν βασιλέα ἔνοπλον, σὺν πάσῃ τῇ παρατάξει ἀντιμαχόμενοι. ὡς οὖν ἔμελλον μεταπεσεῖν τὰ τῆς τύχης ἀνδραγαθήματα ἐν χερσὶ τῶν Τούρκων, ἀφείλεν ὁ θεὸς ἐκ τοῦ μέσου τῆς παρεμβολῆς τῶν Ῥωμαίων τὸν στρατηγὸν αὐτῶν γίγαντα καὶ ἰσχύοντα καὶ ἀνθρωποπὸν πολεμιστήν. ἐπλήγη γὰρ διὰ μολυβδοβόλου ἐν τῇ χειρὶ ὀπισθεν τοῦ βραχίονος, ἔτι 15 σκοτίας οὔσης, καὶ διατρήσας τὴν σιδηρᾶν βλαμύδα, καὶ ἦτις ὑπῆρχε κατεσκευασμένη ὡς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὄπλα, οὐκ ἠδύνατο ὑπὸ τῆς πληγῆς ἡρεμεῖν. καὶ λέγει τῷ βασιλεῖ „σὴθι θαρσαλέως, ἐγὼ δὲ μέχρι τῆς νηὸς ἐλεύσομαι, καὶ κεῖ ἰατρευθεὶς τάχος ἐπαναστρέψω.” ἦν γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ 20 ὥρᾳ πληροῦσθαι τὰ διὰ τοῦ Ἰερεμίου λεχθέντα τοῖς Ἰουδαίοις „οὕτως ἐρεῖτε πρὸς Σεδεκίαν· τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ. ἰδοὺ, ἐγὼ μεταστρέψω τὰ ὄπλα τὰ πολεμικὰ τὰ ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν, ἐν οἷς ὑμεῖς πολεμεῖτε ἐν αὐτοῖς τὸν βα-

lis denique propugnaculis, inter portas pulchram et auream, per totum murorum ambitum, sagittarius unus, iaculator vel sclopetarius impositus erat; totaque illa nocte vigilias egerunt. at Turci, concitante principe suo, scalas muris infinitas admovere festinant. tyrannus post aciem virgam ferream gestans, alias blandiendo, alias minitendo sagittarios ad moenia impellere, quorum impetum totis viribus obnitendo sustinebant obsessi. Iohannes stipatus suis, et qui arma indutus imperator aderat cum copiis universis, acriter praeliari. cum ergo ad Turcos fortuna prospera se mox conversura esset, ex Romaeorum acie media, ducem Gigantem, bellicosum fortemque virum, deus abstulit. is glande plumbea in manus parte posteriori, antequam luceceret, vulneratus, perrupta chlamyde ferrea, armis Achilleis pari, prae dolore stare amplius non poterat. imperatori ideo dixit: firmiter hic sta; ego vulnus curaturus ad navem me confero, hucque statim revertar. illa quippe hora adimplenda erant, quae Iudaeis a Ieremia (21 3) dicta sunt. „sic dicetis Sedekiae. haec dicit dominus deus Israel. ecce ego convertam vasa belli, quae in manibus vestris sunt et quibus vos pugnatis adversum regem Babylonis et Chaldaeos,

σιλέα Βαβυλωνος και τους Χαλδαιους τους συγκεκλειοτας
 υμῶς ἔξωθεν τοῦ τείχους· και εισάξω αὐτούς εἰς τὸ μέσον τῆς
 πόλεως ταύτης· και πολεμίσω ἐγὼ ὑμῶς ἐν χειρὶ ἐκτεταμένη,
 ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, μετὰ θυμοῦ και ὀργῆς και παροξυσμοῦ
 5 μεγάλου· και πατάξω τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ
 τοὺς ἀνθρώπους και τὰ κτήνη θανάτῳ μεγάλῳ, και ἀποθα-
 νοῦνται. οὐ φείσομαι ἐπ' αὐτοῖς, και οὐκ οἰκτείρω αὐτούς." ὁ
 βασιλεὺς δὲ ἰδὼν τὸν Ἰωάννην ἀναχωρήσαντα ἐδειλίασεν, και
 οἱ μετ' αὐτόν· πλὴν ὅσον ἡ δύναμις ἀντεμάχοντο. οἱ δὲ
 10 Τοῦρκοι τὸ κατ' ὀλίγον προσεγγίσαντες τὰ τεῖχη ἀσπιδοφοροῦντες
 ἐτίθεισαν κλίμακας. πλὴν οὐδὲν ἤγνον· ἐκόλυον γὰρ αὐτοὺς
 λιθοβολοῦντες ἀνωθεν. ὡς οὖν ἐμποδιζόμενοι εἰστήκεσαν, οἱ
 δὲ Ῥωμαῖοι πάντες σὺν τῷ βασιλεὶ ἀντιπαράτασσοντες ἦσαν
 τοῖς ἐχθροῖς, και ἅπασα ἡ δύναμις και ὁ σκοπὸς ἦν τοῦ μὴ
 15 ἀφείναι τοῖς Τοῦρκοῖς τὴν εἴσοδον γενέσθαι ἐκ τῶν καταπε-
 σόντων τειχέων, ἔλαθεν δι' ἄλλης ὁδοῦ τούτους εισάξας ὁ
 θελήσας θεός. ἰδόντες γὰρ τὴν πύλην ἣν προλαβόντες εἰρή- P. 161.
 καμεν ἀνεωγμένην, και εἰσπηδήσαντες ἐντὸς ἐκ τῶν ὀνομα-
 στῶν ἀνδρῶν θεκίων τῶν δούλων τυράννου ὡς πενήκοντα,
 20 και ἀναβάτες ἐπάνω τῶν τειχέων πῦρ πνέοντες, και τοὺς
 συναντήσαντας κτείναντες, τοὺς ἀκροβολιστὰς ἔπεισον. και ἦν
 ἰδεῖν θέαμα φρίκης μεστόν· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι και Λατῖνοι
 οἱ κωλύοντες τοὺς τὰς κλίμακας προσηλοῦντας τοῖς τεῖχεσιν,

qui obsident vos in circuitu murorum; et congregabo eos in medio
 civitatis huius. et debellabo ego vos in manu extenta, et in brachio
 forti et in furore et in indignatione et in ira grandi. et percutiam
 habitatores civitatis huius. homines et bestiae pestilentia magna mo-
 rientur. non parcam eis, neque ipsorum miserabor. imperator eius-
 que milites, quamvis eos post Iohannis discessum, pavor invasisset,
 totis tamen viribus resistebant. verum Turci muris paulatim appro-
 pinquantes clipeis protecti scalas, nec tamen ullo successu, admo-
 vere: lapidibus enim e superiori parte ita deturbati ac obruti sunt,
 ut incepto desisterent. Romaei omnes et imperator ipse hostibus
 dum obsistunt, totisque viribus obnixi contendunt ne Turci per
 muri ruinam viam sibi in urbem facerent, hi alia parte, ita volente
 deo, clam in eam penetravere. conspecta enim, quam cercoportam
 diximus, porta patente, quinquaginta ferme viri inter tyranni satel-
 lites insignes per eam irruperunt; qui postquam in muri pinnas
 evasere, cum ardore pugnantes obvios quosque, qui inde iaculaban-
 tur, caedunt horrendum tunc spectaculum oculis observabatur: Ro-
 maeorum etenim Latinorumque, Turcos scalas muris admoventes re-
 pulsantium, alii caesi, alii clausis oculis praecipites e muris se de-

οἱ μὲν παρὰ τῶν κατεκόπησαν, οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς καμ-
 μύσαντες ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιπτον, κατερραγότες τὰ σώματα
 V. 129 καὶ δεινῶς τὸ τέλος τῆς ζωῆς ἀποβάλλοντες. τὰς δὲ κλίμα-
 κας ἀκωλύτως ἐπήγγνον, καὶ ἀνέβαινον ὡς ἀστοὶ πετώμενοι.
 Βοὶ δὲ Ῥωμαῖοι σὺν τῇ βασιλεῖ οὐκ ἐγίνωσκον τὸ γενόμενον· 5
 ἦν γὰρ ἀπομακρόθεν ἡ γενομένη τῶν Τούρκων εἴσοδος, καὶ
 ἄλλως ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀντιμαχόντων ἅπας ὁ σκοπὸς ἦν. ἦσαν
 γὰρ ἀντιπολεμοῦντες ἄνδρες μάχιμοι Τούρκοι εἴκοσι πρὸς
 ἓνα Ῥωμαῖον, καὶ τοῦτον οὐ τόσοον πολεμιστὴν ὡς τὸν τυ-
 χόντα Τούρκον. πρὸς ἐκείνους γοῦν ἦν καὶ ὁ σκοπὸς καὶ ἡ 10
 φροντίς. τότε ἐξαίφνης ὄρωσι βέλη ἐκ τῶν ἄνω κατίοντα καὶ
 κατασφάττοντα τούτους. ἀναβλέψαντες ὄρωσι Τούρκους. ἰδόν-
 τες δὲ εἰς φυγὴν ἔνδον ἐτράπησαν. καὶ μὴ δυνάμενοι εἰσελ-
 θεῖν διὰ τῆς πύλης τῆς ἐπονομαζομένης Χαρσοῦ, στενοχω-
 ροῦμενοι διὰ τὸ πλῆθος, οἱ μὲν ἀλκὴν περισσοτέραν ἔχοντες 15
 C τοὺς ἀνάνδρους καταπατοῦντες εἰσῆρχοντο. τότε ἡ τοῦ τυ-
 ράννου παράταξις ἰδόντας τὴν τροπὴν τῶν Ῥωμαίων, μὲν
 φωνῇ βοήσαντες εἰσέδραμον, καταπατοῦντες τοὺς ἀθλίους καὶ
 κατασφάττοντες. ἔλθόντες δὲ εἰς τὴν πύλην οὐκ ἠδυνήθησαν
 εἰσελθεῖν· ἦν γὰρ φραγεῖσα ὑπὸ τῶν καταπεσόντων σωμάτων 20
 καὶ λειποψυχασάντων. ἐκ τῶν τειχέων οὖν οἱ πλεῖστοι διὰ
 τῶν ἐρειπίων εἰσῆρχοντο, καὶ τοὺς συναντῶντας κατέκοπτον.
 ὁ βασιλεὺς οὖν ἀπαγορεύσας ἑαυτὸν, ἰστάμενος βαστάζων
 σπάθη καὶ ἀσπίδα, εἶπε λόγον λύπης ἄξιον „οὐκ ἔστι τις

dere, membrisque contusis acerbum fatum obiere. facile deinceps
 scalis applicatis in muros, aquilae volanti similes, subierunt Turci.
 nec ista interim quae gerebantur, imperator eique militantes Romaei
 resciverant, quod longius ab eorum statione, qua Turci irruerunt,
 porta aberat, praesertim vero quia adversus oppugnantem toti intenti
 erant. Turci quippe viginti pugnaces contra Romaeorum unum bello
 minus, quam quivis eorum, aptum praeliabantur; ac propterea Turcis
 resistere solummodo cogitabant. cum itaque ex improbitate e murorum
 parte superiori missilibus se peti ac necari sensissent, et Turcos in
 urbem penetrasse conspexissent, in partes interiores eius tu-
 multuantes fuga se recipere. per portam vero, quae Charsi dicitur
 multitudinē coartatis ac oppressis non patente introitu, qui viribus
 ac robore praestabant, invalidorum corporibus calcatis pervasere. tunc
 quoque tyranni acies Romaeorum fuga animadversa, clamore sublato
 miserisque conculcatis ac caesis, in urbem irrupit. ad portam vero
 collapsorum, animamque agentium corporibus obseptam, cum deven-
 nissent, ingredi nequiverunt, per muri itaque ruinam plurimi via sibi
 quaesita obvios trucidarunt. tunc imperator omni abiecta spe, animo

τῶν Χριστιανῶν τοῦ λαβεῖν τὴν κεφαλὴν μου ὑπ' ἐμοῦ; ἦν γὰρ μονώτατος ἀπολειφθεῖς. τότε εἰς τῶν Τούρκων δούς αὐτῷ κατὰ πρόσωπον καὶ πλήξας, καὶ αὐτὸς τῷ Τούρκῳ ἑτέραν ἐχαρίσατο· τῶν ὀπισθεν δ' ἕτερος καιρίαν δούς πλη- D
 5 γῆν, ἔπεσε κατὰ γῆς· οὐ γὰρ ᾔδεισαν ὅτι ὁ βασιλεύς ἐστιν, ἀλλ' ὡς κοινὸν στρατιωτὴν τοῦτον θανατώσαντες ἀφῆκαν. εἰσελθόντες δὲ οἱ Τοῦρκοι πλην τριῶν ἐν τῇ εἰσελεύσει οὐδεὶς ἄλλος ἀπώλειο· ἦν γὰρ ὥρα πρώτη τῆς ἡμέρας, οὐπω ὑπὲρ γῆν φανέντος. εἰσελθόντων δὲ καὶ διασκεδασθέντων
 10 ἀπὸ τῆς πύλης Χαρισσοῦ ἕως τοῦ παλατίου τὸν ἀπαντήσαντα ἐφόνεον ὁμοίως καὶ τὸν φεύγοντα. κατέσφαξαν οὖν ἄνδρας μαχίμους ἕως χιλιάδας δύο. καὶ γὰρ οἱ Τοῦρκοι ἐδεδοίκει-
 15 σάν· ἦσαν γὰρ αἰεὶ διαλογιζόμενοι ὅτι ἐντὸς τῆς πύλεως τοῦλάχιστον ἔσονται πολεμισταὶ ὡς πενηκοντακισχιλιοι. ἐν
 20 τούτῳ τοὺς διαχιλίους κατέσφαξαν. εἰ γὰρ ᾔδεισαν ὅτι πᾶς P. 16a
 τῶν ἐνόπλων στρατὸς οὐχ ὑπερβαίνει τοὺς ὀκτακισχιλίους, οὐκ ἂν ἀπώλεσάν τινα· φιλοχρημάτων γὰρ ὄν τὸ γένος τοῦ-
 το, εἰ καὶ φονεὺς πατρικὸς ἐμπέσει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, διὰ χρυσοῦ ἀπολύουσι· πόσῳ μᾶλλον ὁ μὴ ἡδίκησας ἀλλ'
 25 ὑπ' αὐτοῦ ἀδικούμενος. καὶ γὰρ μετὰ τὸν πόλεμον ἐνέτυχον ἐγὼ πολλοῖς, καὶ διηγῆσαντό μοι πῶς φοβούμενοι τοὺς ἐμ-
 προσθεν ἐσφάττομεν τοὺς προλαβόντας. καὶ γὰρ εἰ ᾔδειμεν τοσαύτην ἀπορίαν ἀνδρῶν ὑπάρχουσαν ἐν τῇ πύλει, τοὺς

ac corpore fatiscens, clipeum ensemque manibus gestans, lamentabilem ac commiseratione dignam vocem emisit: nullusne adest Christianus qui caput mihi amputet? ab omnibus quippe desertus erat. simul cum his verbis Turcus quidam vulnus ei in faciem impressit; ipse Turco aliud reddidit. letali deinde vulnere confossus, a tergo eum invadente alio, concidit. sic interfectum nec pro imperatore agnitum, tanquam gregarium militem omiserunt. porro dum in urbem hora diei prima nondum orto sole perrumpunt Turci, suorum tres solummodo desideraverunt. urbem ingressi et a Charisi porta ad palatium diffusi, obvios pariter ac fugientes interfecerunt. numerumque militum, qui urbi tuendae operam navarent, quinquaginta millia aequare Turci rati ac formidantes, duo illorum millia neci dederunt. quibus si compertum fuisset universam bello aptam multitudinem octo millia non superare, nullus eorum periisset. avaritiae etenim adeo obnoxia haec gens est, ut quilibet caedis paternae vindictam omitat, auroque accepto sicarium liberum abire sinat: quanto magis enim qui ultro ab eis iniuriam patitur. confecto bello a multis, quibuscum colloctus sum, talia audivi. terrore ac formidine ab eis qui in prima acie pugnauerant perculti, quotquot primi occurre-

Ἐπάντας ὡς πρόβατα πεπράκαμεν ἄν. οἱ δὲ τῆς αὐλῆς τοῦ
 τυράννου ἀζάπιδες, οἱ καὶ γενίτζαροι κέκληνται, οἱ μὲν ἐν
 τῷ παλατίῳ κατέδραμον, οἱ δὲ πρὸς τὴν μεγάλου Προδρόμου
 μονὴν τὴν ἐπικεκλημένην Πέτραν, καὶ ἐν τῇ μονῇ τῆς χώρας
 ἐν ἧ καὶ ἡ εἰκὼν τῆς πανάγου μου Θεομήτορος ἦν εὗρισκο- 5
 μένη τότε. ἐκεῖ, ὃ γλῶσσα καὶ χεῖλη ἡ μέλλουσα φθέγγε-
 σθαι τὰ τῇ εἰκόνι συμβάντα διὰ τὰς ἁμαρτίας σου! ἀγωνι-
 ζόμενοι οἱ ἀποστάται τοῦ καταδραμεῖν καὶ ἄλλοθι, πέλεκον
 ὃ εἰς τῶν ἀσεβῶν ἐκτείνας ὑπουργούντων τῶν μιαρῶν χει-
 ρῶν αὐτοῦ εἰς τέσσαρα διεῖλε, καὶ σὺν τῷ τυχόντι κόσμῳ 10
 Ἐκαστος τὸ ἴδιον μερίδιον ἔλαβε, κλῆρον βάλλοντες, καὶ τὰ
 V. 130 τῆς μονῆς τίμια σκευὴ ἄρπάσαντες ᾤχοντο. καὶ εἰς τὸν τοῦ
 πρωτοστράτορος οἶκον ἐμβάντες θησαυροὺς ἤνοιξαν τοὺς πρό-
 παλαι θησαυροθέντας ἐξ ἡμερῶν παλαιῶν, ἐξυπνίζοντες τὰς
 εὐγενίδας ἐκ τῆς κοίτης· ἦν γὰρ ὁ Μαΐος φέρων εἰκοσι ἐν- 15
 νέα, καὶ ὁ πρωῖνὸς ὕπνος ἡδὺς ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν νέων καὶ
 νεανίδων· ὡς χθὲς γὰρ καὶ πρότετα, θυρῶντες ἀμερίμνωσ
 ἐκοιτάζοντο. τότε στίφος πολὺ τῶν ἀσεβῶν ᾤχετο τὸν δρόμον
 τὸν ἀπάγοντα ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἦν ἰδεῖν ἐξ ἐκατέ- 20
 ρων τῶν μερῶν τι τέχνασμα. πρωΐας γὰρ οὔσης, ἔτι λυκο-
 D φεγγούσης τῆς ἡμέρας, τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ εἰσβολῇ
 τῶν Τούρκων καὶ τῇ φυγῇ τῶν πολιτῶν ἐφθασαν φεύγοντες
 τοῦ καταλαβεῖν τὰς αἰκίας καὶ προμηθεύσασθαι τὰ τέκνα καὶ

runt cecidimus: sin tantam in urbe militum infrequentiam ac pau-
 citatem cognovissemus, omnes tanquam pecudes venundatos distra-
 xissemus. interea etiam tyranni azapides, qui etiam ienitzeri vocan-
 tur, partim in palatium, partim in monasterium magni praecursoris
 S. Iohannis Baptistae, quae Petra dicebatur, concursant alii mona-
 sterium regionis urbis, in quo tunc conspiciebatur imago intemera-
 tae matris dei, dominae meae, invadunt quae lingua quibusve labiis
 eloqui, quisquis es, poteris ea quae propter peccata tua imagini
 illi tunc contigerunt? inter apostatas istos impios, alio currere di-
 ripiendi causa festinantes, unus acinace stricto eam, et quicquid
 ornamenti inerat, impuris manibus suis in frusta quatuor di-
 scidit, et sorte ducta suum quisque tulit: direpta tandem mona-
 sterii pretiosa supellectile abierunt. in domum deinde protostra-
 toris irruptione facta, thesauros multis annis congestos effractis
 arcis recluserunt, feminas nobiles somno lectoque excitarunt: Maii
 etenim mensis dies vigesimus nonus agebatur, et adolescentium
 puellarumque palpebris dulcis somnus antelucanus insidebat, cum
 securi ac rebus suis confisi, ut heri ac nudius tertius, somno indul-
 gerent. tum impiorum densum agmen in magnam ecclesiam fertur;
 speciesque stragematis quaedam inter istas turbas utrinque conspici-

τὴν γυναῖκα. διαβαίνοντες οὖν τοῖς μέρεσι τοῦ ταύρου καὶ
 περαιουῶντες τὸν κίονα τοῦ σταυροῦ, αἱματοφύρτοι ὄντες ἤρω-
 τῶτο παρὰ τῶν γυναικῶν τί ἔρα τὸ ἀποβάν. ὡς οὖν ἤκου-
 σαν τὴν ἀπενυκτέαν ἐκείνην φωνὴν „ἐντὸς τοῦ τείχους τῆς
 5 πόλεως πολέμιοι κατασφάττοντες τοὺς Ῥωμαίους,” τὸ μὲν
 πρῶτον οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὕβρισαντες καὶ ἐξ-
 ουθενίσαντες ὡς ἀπαίσιον μηνυτήν. ὅπισθεν δὲ τούτου ἕτε-
 ρον καὶ μετ’ αὐτὸν ἄλλον, ὅλους αἱματοφύρτους, ἔγνωσαν P. 163
 ὅτι ἤγγικεν ἐν χεῖλεσι τὸ ποτήριον τῆς ὀργῆς κυρίου. πᾶσαι
 10 οὖν γυναῖκες καὶ ἄνδρες, μοναχοὶ μονάζουσαι, ἐν τῇ μεγά-
 λῃ ἐκκλησίᾳ ἔθρον, βασιτάζοντες ἐν ταῖς ἀλλήλαις τὰ νήπια
 αὐτῶν ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, ἀφέντες τοὺς οἴκους αὐτῶν
 τῷ βουλομένῳ χωρεῖν. καὶ ἦν ἰδεῖν ἀγυιᾶν ἐκείνην πεπυ-
 κνωμένην πλήρης ἀνθρώπων. τὸ δὲ προσφεύγειν ἐν τῇ με-
 15 γάλῃ ἐκκλησίᾳ τοὺς πάντας τί; ἦσαν πρὸ πολλῶν χρόνων
 ἀκούοντες παρὰ τινων ψευδομάντεων πῶς μέλλει Τούρκοις
 παραδοθῆναι ἡ πόλις καὶ εἰσελθεῖν ἐντὸς μετὰ δυνάμεως καὶ
 κατακόπτεσθαι τοὺς Ῥωμαίους παρ’ αὐτῶν ἄχρι τοῦ κίονος
 τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· μετὰ δὲ ταῦτα καταβὰς ἄγγελ- B
 20 ος φέρων ῥομφαίαν παραδώσει τὴν βασιλείαν σὺν τῇ ῥομφαίᾳ
 ἀωνύμῳ τινὶ ἀνδρὶ εὐρεθέντι τότε ἐν τῷ κίονι ἰστα-
 μένῳ, λίαν ἀπερίττω καὶ πενιχρῷ, καὶ ἐρεῖ αὐτῷ „λάβε τὴν
 ῥομφαίαν ταύτην, καὶ ἐπδίκησον τὸν λαὸν κυρίου.” τότε

endam se dedit. sub auroras quidam Romaei, Turcis in urbem ir-
 rumpentibus civibusque terga dantibus, in domus suas uxorum ac
 liberorum salutem consulti confugerunt, et dum cruentati per urbis
 regionem a tauro denominatam, ultraque crucis columnam transcur-
 runt, a mulieribus, quid rei esset, interrogantur. ubi audierunt vo-
 cem illam abominandam, hostes intra muros urbis Romaeos caedere,
 primum fidem non habuerunt, sed etiam crucis contumelias ac probra ut
 in nuntium infaustum iactaverunt. ubi mox alterum tertiumque a
 tergo subsequentes, totos cruore aspersos conspexere, tunc irae do-
 mini calicem labiis suis admotum esse senserunt. omnes itaque viri,
 mulieres, monachi et moniales in magnam ecclesiam concurrant;
 patres matresque familias sinu et ulnis infantes suos in illud tem-
 plum gestantes, desertas domos suas reliquerunt; viamque eo ducentem
 hominum turba conferta plenam videre tum licuit. quamobrem
 vero ad ecclesiam magnam omnes confugiebant? ante multos annos
 a falsis quibusdam vatibus sub Turcorum iugum urbem mittendam
 esse audierant; ipsosque in eam vi irrupturos, Romaeosque truci-
 dando ad magni Constantini columnam usque processuros esse.
 ubi eo ventum foret, angelum e coelo descensurum, qui strictum
 gladium simulque imperium viro cuidam obscuro, tenui admodum

τροπήν ἔχονταί οἱ Τοῦρκοι, καὶ οἱ Ῥωμαῖοι καταδιώξουσιν αὐτούς κόπτοντες, καὶ ἐξελάσσουσιν καὶ ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἀπὸ τῆς δύσεως καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν ἄχρις ὀρίων Περσίας, ἐν τόπῳ καλουμένῳ Μονοδενδρίῳ. ταῦτά τινες ὡς ἀποβησόμενα ἔχοντες ἔτρεγον καὶ τοὺς ἄλλους ἐσυμ-
Cβούλευον τρέχειν· αὕτη ἦν τῶν Ῥωμαίων ἡ σκέψις, ἦν καὶ πρὸ χρόνων πολλῶν ἦσαν μελετῶντες τὸ νῦν πραχθέν, ὅτι „εἰ καταλείψομεν τὸν κίονα τοῦ σταυροῦ ἐξόπισθεν ἡμῶν, φευξόμεθα τῆς μελλούσης ὀργῆς.“ καὶ αὕτη ἦν ἡ φυγὴ τῆς ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ εισόδου. ἐγένετο οὖν ἐν μιᾷ ὥρᾳ ὁ ὑπερμεγέθης 10 ἐκεῖνος ναὸς πλήρης ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ κύτω καὶ ἄνω καὶ ἐν τοῖς περιανυλίοις καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ὄχλος ἀναρίθμητος. κλείσαντες δὲ τὰς θύρας εἰστήκεσαν τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν ἐλπίζοντες. ᾧ δύστηνοι Ῥωμαῖοι, ᾧ ἄθλιοι, τὸν ναὸν ὄν
Dεκαλίτε χθῆς καὶ πρὸ τὴν χθῆς σπήλαιον καὶ βωμῶν αἰρετι-
V. 131 κῶν, καὶ ἀνθρῶπος οὐκ εἰσῆρχετο ἐξ ὑμῶν ἐντός, ἵνα μὴ μιανθῇ διὰ τὸ ἱεροουργῆσαι ἐνδον τοὺς τὴν ἔνωσιν τῆς ἐκκλη-
 σίας ἀσπαζομένους, νῦν ἐνεκα τῆς ἐπελθούσης ὀργῆς ὡς σω-
 τήριον λύτρον ἐνδύεσθε. ἀλλ' οὐδὲ τῆς δικαίας ὀργῆς ἐπελ-
 θούσης, ἐκίνησεν ἂν τὰ σπλάγχνα ὑμῶν πρὸς εἰρήνην. καὶ 20 γὰρ ἐν τῷσάυτῃ περιστάσει εἰ ἄγγελος καθήρχετο ἀπ' οὐρα-
 νοῦ ἐρωτῶν ὑμᾶς „εἰ δέχεσθε τὴν ἔνωσιν καὶ τὴν εἰρηνικὴν κατάστασιν τῆς ἐκκλησίας, διώξω τοὺς ἐχθρούς ἐκ τῆς πόλε-

ac egeno, columnae illi adstanti, talibus affatus eum verbis, trade-
 ret: „gladium hunc accipe, et populum dei vindica.“ statimque terga
 daturus Turcos, quibus fugientibus Romaei magna strage edita in-
 starent, donec illos urbe non solum, sed etiam ex Occidentis regio-
 nibus ipsaque Anatolia, ad locum usque Monodendrium dictum in
 Persiae finibus situm, expellerent. haec exitum habitura rati quidam
 ad ecclesiam currebant, aliosque sequi hortabantur. hanc Romaei a
 multis iam annis opinionem, ut factis docuerunt, praeceperant, si
 post se crucis columnam relinquerent, iram se dei impendentem suis
 cervicibus declinatos. quapropter in magnam ecclesiam confugere,
 templi itaque illius amplissimi cum inferior area tum superiores per-
 gulae, vestibula, peristylia omnesque anguli horae unius spatio tur-
 ba virorum ac mulierum infinita referti fuerat: portis clausis intus se
 multitudo loco freta salutemque inde sperans continuit. infelices ac
 miseri Romaei, quod templum heri ac nudius tertius speluncam et
 altare haeticorum appellabatis, quod nemo vestrum, ne pollueretur,
 adibat ob celebratam in eo liturgiam ab iis qui concordiam
 ecclesiarum amplectuntur, eo nunc, deo irato meritasque poenas a
 vobis exigente, velut in salutis portum confugitis. sed neque iustae
 dei irae poenas luentes, intra viscera vestra pacis desiderio commo-

ως, " οὐκ ἂν συνετίθεσθε, εἰ δὲ καὶ συνετίθεσθε, ψεῦδος ἂν ἦν τὸ συνετιθέμενον. ἴσασιν οἱ λέγοντες πρὸ ὀλίγων ἡμε- P. 164
 ρῶν „κρείττον ἐμπσεῖν εἰς χεῖρας τῶν Τούρκων ἢ Φράγ-
 κων." τότε οἱ Τοῦρκοι κουρσεύοντες σφάπτοντες αἰχμαλωτί-
 5 ζοντες ἔφθασαν ἐν τῷ ναῦ οὐπω πρώτης ὥρας παρελθούσης,
 καὶ εὐρόντες τὰς πύλας κεκλεισμένας σὺν τοῖς πελέκεσιν ἔβα-
 λον κάτω μὴ βραδύνατες. ἐλθόντες δὲ ξιφήρεις ἐντὸς καὶ
 ἰδόντες τὸν μυριάριθμον δῆμον, ἕκαστος τὸν ἴδιον αἰχμάλω-
 τον ἐδέσμευε· οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖ ὁ ἀντιλέγων ἢ ὁ μὴ προδι-
 10 δούς ἑαυτὸν ὡς πρόβατον. τίς ἐστιν ὃς διηγῆσεται τὴν ἐκεῖ
 συμφορὰν; τίς τοὺς γεγονότας τότε κλαυθμούς καὶ τὰς φω-
 νὰς τῶν νηπίων καὶ τὰ σὺν βοῇ δάκρυα τῶν μητέρων καὶ
 τῶν πατέρων τοὺς ὄδυρμούς τίς διηγῆσεται; ὁ τυχὼν Τοῦρ- B
 κος τὴν τρυφερωτέραν ἐρευνᾷ. τὴν ὥραιαν ἐν μοναζούσαις
 15 προκατεῖχε μὲν εἷς, ἄλλος δὲ δυνάστης ἀρπαζῶν ἐδέσμευε·
 ἢ δὲ τῆς ἀρπαγῆς καὶ τοῦ ἔλκυσμοῦ αἰτία πλόκαμοι τριχῶν,
 στηθέων καὶ μασθῶν ἀποκαλύψεις, βραχιόνων ἐκτύσεις.
 τότε ἐδέσμευτο δούλη σὺν τῇ κυρία, δεσπότης σὺν τῷ ἀργυ-
 ρωνήτῳ, ἀρχιμανδρίτης σὺν τῷ θυρωρῷ, τρυφεροὶ νέοι σὺν
 20 παρθένους, παρθένους ἄς οὐχ ἐώρα ἥλιος, παρθένους ἄς ὁ
 γεννήσας μὸλις ἔβλεπεν, ἐλκόμεναι, εἰ δὲ καὶ βία ἀντωθού-
 ντο, καὶ ἔαβδιζόμεναι· ἠβούλετο γὰρ ὁ σκυλεύσας εἰς τόπον

21. δὲ] γὰρ P.

vemini. in tanta enim calamitate si angelus coelò adveniens vos ad hunc modum alloqueretur: „pacem et concordiam ecclesiae dummodo colatis et amplectamini, hostes urbe pellam;“ in eam conditionem non consentiretis; aut si consentiretis, mendacium esset iste consensus. hoc sibi consciunt illi, qui paucos ante dies in Turcorum quam Francorum potestatem devenire satius esse dicebant. interea Turci, dum discursant, caedunt, in servitatem rapiunt, ad templum illud hora diei prima nondum exacta pervenere. valvas clausas securibus deiciunt; strictis deinde gladils ingressi, ac populi multitudinem innumeram contuiti, mancipia, nullo intercedente, omnibus se ipsis pecudum more prodentibus, singuli vinciunt. quis cladem ac calamitatem illam enarrabit? quis lamentabiles eiulationes, infantiumque vagitus? quis matrum lacrimas patrumque fletus? Turcus de turba quivis delicatorem, interque moniales formosam, contrectat. vincitam abducit aliquis, quam validior superveniens abripit. ad rapiendum trahendumque, comae cincinni, pectus ac papillae denudatae, brachia quoque extensa invitabant. domina cum ancilla, herus cum mancipio suo empto vinciebantur, archimandrita cum ianitore suo, delicati ac teneri iuvenes cum virginibus, quas solis ardor non infuscarat, quasque pater vix conspexerat; et si raptorem vi repelle-

Ἐλθεῖν, καὶ παρακαταθέμενος ἐν ἀσφαλείᾳ στραφῆναι καὶ δευτέραν παιδαν ποιῆσαι καὶ τρίτην, ἐβιάζοντο οἱ ἄρπαγες, οἱ ἐκδικηταὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντας μὲν ἰδεῖν ἐν μιᾷ ὥρᾳ δεσμοθέντας, τοὺς μὲν ἄρρενας σὺν καλωδίοις, τὰς δὲ γυναῖκας σὺν τοῖς σουδαρίοις αὐτῶν· καὶ ἦν ἰδεῖν ὄρμαθούς ἐξ-5 ἐρχομένους ἀπείρους ἐκ τοῦ ναοῦ καὶ ἐκ τῶν ἀδύτων τοῦ ναοῦ, ὡσπερ ἀγέλας καὶ ποιμνία προβάτων. κλαιόντες, ὀδυρόμενοι, καὶ ὁ ἑλεῶν οὐκ ἦν. τὰ δὲ τοῦ ναοῦ πῶς; τί εἶπω ἢ τί λαλήσω; ἐκολλήθη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου.

Δοῦ δύναμαι ἐλκύσαι πνεῦμα τοῦ στόματός μου σφραγέτος, 10 αἰθροῦν οἱ κύνες τὰς ἀγίας εἰκόνας κατέκοψαν τὸν κόσμον ἀφελόντες, τὰς ἀλύσεις, μανουάλια, ἐνδυτὰς τῆς ἀγίας τραπέζης, τὰ φωτοδόχα ἀγγεῖα, ἄλλα φθείροντες, ἕτερα λαμβάνοντες. τὰ τοῦ ἱεροῦ σκευοφυλακίου τίμια καὶ ἱερὰ σκευή χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἐξ ἄλλης τιμίας ὕλης κατασκευα- 15 σθέντα ἅπαντα ἐν μιᾷ ῥοπῇ συνήγαγον, ἀφέντες τὸν ναὸν ἔρημον καὶ γυμνόν, μηδ' ὅτιοῦν καταλείψαντες. τότε ἐπληροῦντο καὶ ἐν τῇ νέᾳ Σιών τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Ἀμώς τοῦ προφήτου λεγόμενα „τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. ἐκδικήσω ἐπὶ τὰ θυσιαστήρια Βεθῆλ, καὶ κατα- 20

P. 165 σκαφήσεται τὰ κέρατα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ πεσοῦνται ὑπὸ τὴν γῆν· καὶ συντρίψω καὶ πατάξω τὸν οἶκον τὸν περικτερον ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν θερινόν, καὶ ἀπολοῦνται οἱ οἴκοι

3. μὲν] nonne ἦν?

rent, verberabantur. praedam quippe suam in locum tutum deducere volebat praedo, iterum tertioque ad diripiendum reversurus. horae unius spatium praedonibus istis, irae divinae ministris ac vindicibus, ad vincendum omnes satis fuit, mares quidem funibus, feminas vero fasciis ipsarum redimiculisque; concatenatorum deinde longos ordines e templo adytisque exeuntes intueri licebat, plorantes, eiulantes nec erat qui eorum misereretur. de templo autem quid loquar? adhaesit lingua faucibus meis, ore obducto spiritum ducere nequeo. canes illi sanctas imagines ornamentis, torquibus nempe et armillis ablatis, illico disruperunt. sacram mensam contegentes maptas rapuerunt. lucernas partim fregerunt, partim abtulerunt in sacrario pretiosa et sancta, quae asservabantur, ex auro argento aliave eximia materia vasa, temporis momento cuncta compilarunt, omnibusque rebus spoliatum ac nudatum templum solitudine compleverunt. tunc in nova Sion, quae per prophetam Amos (3, 14) deus locutus est, exitum habuerunt. „haec dicit dominus deus omnipotens, visitabo super altare Bethel et amputabuntur cornua altaris, et cadent in terram et percutiam domum hiemalem cum domo aestiva. et peribunt domus eburneae, et dissipabuntur aedes multae, dicit do-

οὐκ ἀσφάττινοι, καὶ ἀφανισθήσονται οἱκοι ἕτεροι πολλοί, λέγει V. 13a
κύριος. ἀπαῶμαι τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, καὶ οὐ μὴ ὀσφρανθῶ ἐν
ταῖς πανηγύρεσιν ὑμῶν· διότι εἰ ἐνέγκητέ μοι ὀλοκαυτώμα-
τα καὶ θυσίας ὑμῶν, οὐκ ἐπιβλέψομαι. μεταίτησον ἀπ'
5 ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσο-
μαι. καὶ εἶπε κύριος πρὸς με, ἦκει τὸ πέρασ ἐπὶ τὸν λαὸν
μου Ἰσραὴλ· οὐκέτι οὐ μὴ προσθῶ τοῦ παρελθεῖν αὐτόν,
καὶ ὀλολύξει τὰ φαντώματα τοῦ ναοῦ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ,
λέγει κύριος. ἀκούσατε δὴ ταῦτα οἱ ἐκθλίβοντες εἰς τὸ πρῶτ' B
10 πένητα καὶ καταδυναστεύοντες πτωχοὺς ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ λέ-
γοντες, πότε διελεύσεται ὁ μῆν, καὶ ἐμπολήσομεν, καὶ
πότε ἤξει τὰ σάββατα, καὶ ἀνοιξομεν θησαυροὺς, τοῦ ποιῆ-
σαι μικρὸν τὸ μέτρον καὶ τοῦ μεγαλῦναι σταθμὸν καὶ ποιῆ-
σαι ζυγὸν ἄδικον, τοῦ κτᾶσθαι ἐν ἀργυρίῳ πτωχοὺς καὶ
15 ταπεινοὺς ἀνθ' ὑποδημάτων. ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει κύ-
ριος, δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας, καὶ σσκοτιάσει ἐπὶ
γῆς ἐν ἡμέρᾳ φωτός. καὶ μεταστρέψω τὰς ἑορτὰς ὑμῶν
εἰς πένθος καὶ πάσας τὰς ᾠδὰς ὑμῶν εἰς θρήνον." ἔτι γὰρ
ἐν ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ ἡμέρᾳ τῆς συντελείας τῆς πόλεως
20 ἑορτάζεσθαι καὶ πανηγυρίζειν τὴν μνήμην τῆς ὁσιομάρτυρος C
Θεοδοσίας. ἐτελεῖτο οὖν ἑορτὴ πάνδημος· ἦσαν γὰρ καὶ ἀφ'
ἐσπέρας πλεῖστα καὶ πλεῖστα διανυκτερεύσαντες ἐν τῇ σορᾷ
τῆς δόσιας, οἱ πλείονες δὲ πρῶτὴ ἡμέρας γενομένης αἱ γυναί-
κες σὺν τοῖς ἀνδράσι αὐτῶν ὑπερχόμεναι εἰς προσκύνησιν,

minus (5, 31). proieci festivitates vestras, et non capiam odorem
coetuum vestrorum. quodsi obtuleritis mihi holocaustomata et mune-
ra vestra non suscipiam. aufer a me tumultum carminum tuorum; et
cantica lyrae tuae non audiam. (8, 2) et dixit dominus ad me: ve-
nit finis super populum meum Israel: non adiiiciam ultra ut pertre-
nt eum. et stridebunt cardines templi in die illa, dicit dominus
deus. audite hoc qui conteritis pauperem mane, et deficere facitis
egenos terrae, dicentes: quando transibit mensis, et venundabimus
merces; et sabbatum, et aperiemus frumentum, ut imminuamus
mensuram et augeamus siclum, et supponamus stateras dolosas, ut
possideamus in argento egenos, et pauperes pro calceamentis, et
quiasquillas frumenti vendamus. in die illa, dicit dominus, occidet
sol in meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis. et
convertam festivitates vestras in luctum, et omnia cantica vestra in
planctum. "horrenda enim illa die, qua urbs assumpta est, sanctae
martyris Theodosiae memoriam celebrari contigit; cuius sobemnitati
frequens populus interfuit, plurimique viri ac mulieres ad sanctae
monumentum pervigilium egerunt. ubi illuxit, multae mulieres con-

φέρονσαι κηρούς καὶ θυμάματα, περικεκαλλοπισμέναι καὶ περικεκοσμημέναι οὖσαι, ἐξαίφνης ἐν ταῖς παγίσι τῶν Τούρκων ἐπέπεσον. ποῦ γὰρ εἶχον ἐννοῆσαι τὴν ἐξαίφνης ὄργην εἰς τοσοῦτον εὖρος τῆς πόλεως; ἴσασιν οἱ εἰδότες τὸ μέγεθος.

Ἀυτὴ ἡ ἀπειλή, ἣν εἰρήκαμεν, ἐπῆρχεν ἀναφθεῖσα καὶ καίουσα ἐκ τῆς Χαρσοῦ πύλης καὶ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ καὶ τοῦ μέρους τοῦ παλατίου. ἡ δὲ τῶν πλοίων καὶ τοῦ λιμένος ἀντίστασις οὐκ ἐνεδίδου χώραν τοῖς Τούρκοις τοῦ στήσαι τὰς κλίμακας ἐν τοῖς τείχεσιν. ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι ἐπικρα-10 τέστεροι τῶν Τούρκων, βύλλοντες λίθοις καὶ βέλεσι ἄχρι τρίτης ὥρας τῆς ἡμέρας, ἕως οὗ ἐλθόν καὶ κατατῆσαν μέρος τῶν συκλευόντων ἀπὸ πρωΐας ἐντὸς τῆς πόλεως, καὶ ἰδόντες τοὺς Ῥωμαίους πολεμιζοντας τοὺς ἔξω, καὶ φωνὴν ὄση δύναμις ἀφέντες, ἔδραμον ἐπάνω τῶν τειχῶν. οἱ δὲ Ῥωμαῖ-15 οὶ τοὺς Τούρκους ἰδόντες ἐντὸς τῆς πόλεως, καὶ φωνὴν ἀφέντες ὀδυνηρὰν τὸ οἴμοι, ἀπὸ τοῦ τείχους κατέπιπτον· οὐ γὰρ ἦν ἐκεῖ πλέον ἰσχύς οὔτε δύναμις τοῖς Ῥωμαίοις. τότε καὶ P. 166 οἱ ἐν τοῖς πλοίοις θεασάμενοι τοὺς Τούρκους ἐντὸς ἔγνωσαν ὅτι ἡ πόλις ἐάλω, καὶ ὡς ἐν τάχει τὰς κλίμακας θέντες ἐν-20 τὸς ἐβιάσθησαν, καὶ τὰς πύλας κατεάξαντες ἅπαντες ἐνδον εἰσῆσαν. ἰδὼν δὲ καὶ ὁ μέγας δοῦξ τοὺς Τούρκους ἐλθόν-

fuges suos comitatae, ornatae ac comptae, cereos et incensum ad venerationem sanctae ferentes, derepente, in Turcorum laqueos sese induunt. quomodo enim repentinam dei iram temporis puncto urbem tam amplam pervadere putarint? qui in ea versati sunt, iis amplitudo urbis cognita est.

Hi porro, quos diximus, minaces ignes ardentisque a Charsi sanctique Romani portis, palatii quoque partibus ubique diffundebantur. classis vero, quae in portu contra Turcos stabat, quominus in muros scalis subirent prohibuit, illicque Turcis Romaei superiores, lapidibus ac missilibus ad horam usque diei tertiam eos infestare. donec pars eorum, qui mane in urbem penetraverant iamque praedas egerant, illuc accederent. qui ubi Romaeos contra oppugnantes pugnare conspexerunt, totis pectoris viribus vociferando in superiorem muri partem evadunt. Romaei Turcis intra urbem conspectis voce lamentabili „hei mihi“ missa, viribus ac robore destituti e muris praecipites cadere. qui in navigiis Turci, simul ac suos in urbem penetrasse animadverterunt, captam quoque intellexere, celeriterque admotis scalis muros scandunt, et in eam perveniunt; portis deinde effractis, via omnibus irruentibus patuit. magnus etiam dux ad regiam portam, quam tuebatur, Turcos venisse cernens, domum suam paucis stipatus abiit. eo enim deserto plerique diffugerant; do-

τας οὐ ἴσταντο τόπου (ἦν γὰρ ἐπιβλέπων τὴν βασιλικὴν πό-
 λην) καὶ πρὸς τὸν ἴδιον οἶκον ἀνεχώρησεν σὺν ὀλίγοις. καὶ
 γὰρ ἦσαν ἅπαντες διασκεδασθέντες· καὶ οἱ μὲν πρὸ τοῦ τὴν
 οἰκίαν καταλαβεῖν ἠχμαλωτίζοντο, οἱ δὲ τὰς αὐτῶν οἰκίας
 καταλαβόντες ἐρήμους παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πραγμάτων
 εὗρισκον, καὶ αὐτοὶ πρὸ τοῦ στοναχῆσαι καὶ κλαῦσαι ἔδε-
 σμοῦντο τὰς χεῖρας ὀπισθεν. ἕτεροι ἐρχόμενοι εἰς τὰς οἰκίας
 αὐτῶν, καὶ εὐρόντες τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα ἤδη ἀπαγόμενα, B
 καὶ συνδέδεοντο καὶ ἔδεσμοῦντο σὺν τοῖς φιλτάτοις καὶ τῇ συ-
 ζύγῳ. τοὺς δὲ γέροντας τοὺς ἐν οἴκῳ, τοὺς μὴ δυναμένους ἐξελ- V. 133
 θεῖν ἐκ τῆς οἰκίας ἢ διὰ νόσου ἢ διὰ γήρους, πάντας καὶ πάσας
 ἀνηλεῶς ἔσφαττον. τὰ βρέφη τὰ ἀριγέννητα ἐν ταῖς πλα-
 τεῖαις ἔρριπτον. ὁ δὲ μέγας δοῦξ εὐρῶν τὰς θυγατέρας αὐ-
 τοῦ καὶ τοὺς υἱοὺς καὶ τὴν γυναῖκα (ἦν γὰρ ἀσθενοῦσα) ἐν
 15 τῇ πύργῳ κεκλεισμένους καὶ κωλύοντας τοῖς Τούρκοις τὴν
 εἴσοδον, αὐτὸς μὲν συνελήφθη σὺν τοῖς ἐπακολουθοῦσιν αὐ-
 τῷ, ὁ δὲ τύραννος πέμψας τινὰς ἐφύλαττον καὶ αὐτὸν καὶ
 πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ. τοὺς δὲ καταλαβόντας καὶ περικυ-
 κλώσαντας τὸν οἶκον αὐτοῦ Τούρκους ἔδωκεν ἱκανὰ ἀργύρια, C
 20 ὥστε δοκεῖν ἐξαγοράζειν αὐτοὺς διὰ τὸν ὄρκον· ἐφυλάττετο
 οὖν πανοικί. οἱ δὲ Τούρκοι ἅπαντες εἰσελθόντες ἐν τῇ πό-
 λει, καὶ αὐτοὶ οἱ βόσκοντες τὰς ἡμιόνας καὶ οἱ μάγειροι
 πάντες, ἐξαντλοῦντες ἔφερον. ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ Ἰουστινιανός,
 ὃν φθάσας ὁ λόγος ἐπεμψεν ἐν τῇ νηὶ τοῦ Θεραπευθῆναι

16. ὑπακολουθοῦσιν P.

mosque nondum assecuti multi capti sunt. alii aedes suas desertas
 ingressi, abductis uxore et liberis, omnibusque opibus direptis, su-
 spiriis ac planctui, quo miserias suas desferent, spatium haud inve-
 nere, manibusque post terga vinctis trahuntur. alii domum se reci-
 pientes, cum coniugibus et liberis, iam iam abducendis, vincuntur.
 senes vero, qui domi vel morbo vel aetate detenti foras exire ne-
 quibant, omnes viri feminaeque immanitate foeda trucidati, infan-
 tesque recens nati per plateas proiecti. dux vero magnus ad liberos
 et uxorem aegrotantem turri inclusos et ab ingressu Turcos arcentes
 cum venisset, ipse cum comitibus suis captus est, missique a tyran-
 no, qui eum eiusque domum custodirent. Turcis autem, qui do-
 mum eius circumsederant, nummos multos largitus est tyrannus, ita
 ut redimere eos propter iusiurandum videretur. ceterum Turci urbem
 promiscue ingressi, agasones quoque et lixae, ubique diripere ac
 praedam agere. Iohanni vero Iustiniano, quem, ut vulnus curaret,
 in navem abiisse diximus, portum intranti affertur a suorum aliquot
 fuga arrepta accurrentibus, Turcos in urbem irrupisse et imperato-

την πληγὴν ἣν ὑπέστη, κατευθὺς ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ λιμένι
 τινὲς τῶν αὐτοῦ φεύγοντες ἔδραμον λέγοντες πῶς οἱ Τούρκοι
 εἰσέωσι ἐν τῇ πόλει καὶ ὁ βασιλεὺς ἐσφάγη. ἀκούσας τὸν
 πικρότατον καὶ δριμὺν λόγον οὖν προστάττει τοὺς κήρυκας
 D διὰ σαλπύγγων ἀνακαλεῖν τοὺς αὐτοῦ ὑπασιπιστὰς καὶ συμκλι- 5
 τας. ὁμοίως καὶ αἱ λοιπαὶ νῆαι ἐτοιμάζοντο· ἦσαν γὰρ αἱ πλεί-
 σται ἀποβαλλόμεναι τοὺς ναυάρχους αὐτῶν ἀιχμαλωτισθέντας.
 καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ἐλεεινὸν ἐν τῇ παραθαλασσίᾳ τοῦ λιμέ-
 νος, ἄνδρας γυναικας, μοναστρίας μονάζοντας βοώσας οἰκτρῶς,
 καὶ τύπτουσαι τὰ στήθη ἐδέοντο τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶ τοῦ ἀν- 10
 τιλαβέσθαι αὐτῶν. ἀλλ' οὐκ ἦν δυνατόν· ἀπαξ ἐπροορίσθη
 τοῦ πλεῖν τὸ ποτήριον τὸ πλήρες τῆς ὀργῆς κυρίου. εἰ γὰρ
 καὶ νῆες ἐβούλοντο, ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο. καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ
 ἤσυχολοῦντο τὰ πλοῖα τοῦ τυράννου ἐν τῇ πραιίδᾳ καὶ τῷ
 σκυλμῷ τῆς πόλεως, οὐκ ἂν ἀφέθη μία καὶ μόνον. ἀλλ' οἱ 15
 P. 167 Τούρκοι ἀφέντες τὰ πλοῖα πάντες ἐνδον ἦσαν, καὶ οἱ Αἰατ-
 νοὶ ἄδειαν εὐρόντες ἐξήρχοντο τοῦ λιμένος. ὁ δὲ τύραννος
 ἐτριξε μὲν τοὺς ὀδόντας, ἀλλ' οὐκ ἠδύνατο πλεῖον τι πράξαι,
 καὶ ἄκων ἐκαρτέρει. αἱ δὲ τοῦ Γαλατᾶ ἰδόντες ταύτην τὴν
 ἀνῆκεστον συμφορὰν, καὶ σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἔτρεχον ἐν 20
 τῷ αἰγιαλῷ, περισκοποῦντες τὰς βάλκας, καὶ ἔπου ἔτυχον
 αἰκατίου, εἰσερχόμενοι ἐν ταῖς ναυσὶν εἰσέδυσον ἀφέντες καὶ
 πράγματα καὶ οἰκίας. ἦσαν δὲ πολλοὶ οἱ τινες ἀπὸ τῆς βίας
 καὶ τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν τῷ βυθῷ παρέπεμψαν, καὶ ἄλλας
 δεινὰς ζημίας ὑπέστησαν. εἰς τῶν τοῦ τυράννου μεσάζων, 25

rem occubuisse. nuntio gravi et acerbo accepto, tubicines, ad mili-
 tes suos revocandos, receptui canere iubet. ceterae pariter naves,
 quarum pleraeque navarchos in servitum actos amiserant, ad dis-
 cessum se comparare. spectaculum miserandum in portus crepidine
 oblatum: viri, mulieres, moniales et monachi lamentabiliter cla-
 mare, pectora tundere, nautas rogare ut se reciperent. verum hoc
 fieri non poterat, quia semel decretum erat ut irae domini plenum
 poculum haurirent. nec si voluissent naves, potuissent, quin ne una
 quidem navis salva evasisset, nisi tyranni classiaril praedae ac urbi
 diripiendae intenti fuissent. at dum Turci per urbem discursant, e
 portu solvendi citra periculum tempus Latinis datum. tyrannus den-
 tibus stridere, ferre, cum plus praestare nequiret. Galatini cahmi-
 tatis huius irreparabilia spectatores, cum uxoribus et liberis ad lit-
 tus accurrunt, scaphas et acatia circumspiciunt; et primo quoque
 obvio ad naves feruntur, easque, aedibus ac cunctis opibus dereli-
 ctis, conscendunt. multi etiam thesauros suos in profundum mare vi
 coacti abicere, aliaque gravia damna sunt passi. interea tyranni me-

ὅς καὶ ἤγαπᾶτο τότε παρὰ τοῦ Μεχεμέτ (αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ συγκαροτήσας τῷ τυράνῳ τὴν μάχην γενέσθαι), δραμῶν ἐν τοῖς τοῦ Γαλατᾶ μέρεσιν, Ζάγανος αὐτῷ τὸ ὄνομα, ἐβόα Β
 „μὴ φεύγετε,“ καὶ κατώμνε τὴν κεφαλὴν τοῦ τυράννου ὀφ-
 5 κῶν ὅτι „μὴ φοβεῖσθε· ἡμεῖς γὰρ τοῦ ἡγεμόνος ἐστέ φί-
 λοι, καὶ ἔξετε τὴν πόλιν ὑμῶν ἀνεπηρέαστον ἀπὸ παντὸς ἀν-
 θρώπου, καὶ τὰς συνθήκας, αἷς εἶχετε μετὰ τοῦ βασιλέως
 καὶ μεθ' ἡμῶν, κρειττόνως ἔξετε, καὶ ἄλλο μὴ φροντιστεῖτε,
 ἵνα μὴ εἰς ὀργὴν κινήσετε τὸν ἡγεμόνα.“ ταῦτα δὲ Ζάγανος
 10 εἰπὼν ἐκόλυσε τοὺς Φράγκους τοῦ Γαλατᾶ μὴ ἀναχωρῆσαι·
 πλὴν ὅσοι ἐδυνήθησαν φεύγειν, ἔφυγον. τότε συμβουλευθέν-
 τες οἱ λοιποὶ ἔλαβον τὰς κλεῖς τοῦ κάστρου σὺν τῷ ποδιστά-
 τῳ αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθον προσκυνήσοντες τῷ τυράνῳ· καὶ
 προσκυνήσαντες καὶ δόντες τὰς κλεῖς, αὐτὸς περιχωρῶς ἔλα- C
 15 βε καὶ τούτους σὺν ἰλαροῖς λόγοις καὶ βλέμματι ἐπεμψεν. αἱ
 δὲ νῆαι τὰ ἰστιά πτερώσαντες πέντε μόνον αἱ μεγάλαι, αἱ
 δὲ ἄλλαι οὐκ ἠδυνήθησαν ἐξελθεῖν· ἦσαν γὰρ νῆαι ἀπο-
 λειφθεῖσαι, καὶ οἱ ναύαρχοι αὐτῶν φυγόντες σὺν ταῖς ἄλλαις
 ναυσὶν ἐσώζοντο. καὶ νῆαι φυγοῦσαι καὶ τοὺς ναύαρχους αἰ-
 20 χμαλώτους καταλιποῦσαι τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο. 85-V. 134
 ἐλθοῦσαι οὖν ἐκ τοῦ λιμένος, καὶ ἀνέμου πνεύσαντος βορρῆ-
 σου, τὰ ἰστιά πλήρη γενόμενα ἔπλεον σὺν ἀναστεναγμοῖς καὶ
 θρήνοις κλαίοντες τὴν τῆς πόλεως συμφορὰν. ὁμοίως καὶ αἱ

szantonum unus, Zaganus nomine, Mehemeti tunc carus, quod oppu-
 gnationem decernentis consilium laudasset, versus Galatam accu-
 rens, voce contenta, per tyranni quoque caput iuratus, his verbis a
 fuga revocabat: „ne fugite aut quidquam reformidatis, principis ami-
 ci cum sitis. oppidum vestrum ab omni iniuria et damno immune
 erit. foedera, quae cum Romaeorum imperatore inieratis, potiori
 vobis meliorique conditione nobiscum sociabuntur. aliud omne con-
 siliium omittite, ne principis iram in vos accendatis.“ his dictis Za-
 ganus Francis Galatinis, ne abirent, persuasit; quibus tamen, quot-
 quot aufugere potuerunt, fidem haud habuere. ceteri, qui oppidum
 non deseruerunt, habito consilio magistratum comitati tyrannum ve-
 neraturi clavesque ei oblaturi abeunt. venerationis officio exhibito,
 traditas claves ipse laetus accepit, eosque grato sermone vultuque
 blando allocutus dimisit. naves quinque magnae tantum vela ventis
 dedere; ceterae e portu solvere nequiverunt; quod a nautis, qui
 illas quinque salutem consulentes conscenderant, derelictae essent.
 quae ergo aufugerunt naves, navarchis captivis relictis, salvae evase-
 re, eque portu egressae plenis velis flante Borea forebantur, urbis
 calamitatem suspiriis ac lamentis prosecutae. actuariae quoque Ve-

τριήρεις τῶν Βενετικῶν αἱ ἐμπορικαί. τὸν δὲ λαὸν ἅπαντας
 οἱ τῶν πλοίων Τοῦρκοι ἔξω τῆς πόλεως εὐρόντες παρητι-
 σμαμένον, ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας πάντας, ὅπου καὶ ἦσαν,
 συναθροίσαντες εἰς τὰ πλοῖα εἰσήγαγον. ὁ δὲ λοιπὸς λαὸς
 τῆς πόλεως ἔξω εἰς τὰς σκηνὰς τοῦ φροσίου ἐμανδρίζετο. 5

P. 168 40. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐγεγόνεισαν ἀπὸ ὄρας πρώτης
 τῆς ἡμέρας ἕως ὄρας ὀγδόης. τότε καὶ ὁ τύραννος πᾶσαν
 ὑποψίαν καὶ φόβον ἀποθέμενος εἰσῆει ἐντὸς τῆς πόλεως σὺν
 τοῖς αὐτοῦ μεσάζουσιν καὶ ἑτέροις σατράπαις, ἔχων ἔμπρο-
 σθεν καὶ ὀπισθεν τοὺς αὐτοῦ δούλους πῦρ πνέοντας, πάντας 10
 τοξότας ὑπὲρ τὸν Ἀπόλλωνα, νέους Ἡρακλείδας, ὁ εἷς πρὸς
 δέκα ἀντιπαρατάσσασθαι ἔτοιμος. κατελθὼν δὲ ἐν τῇ μεγάλῃ
 ἐκκλησίᾳ καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου καὶ εἰσελθὼν ἐντὸς ἐξέστη
 ἐπὶ τῇ θῆᾳ, εὐρῶν δὲ ἓνα τῶν Τούρκων κατεύξαντα μίαν
 Βτῶν μαρμάρων ἐκείνων τὸν μὲν Τοῦρκον ἠρώτα τίτι τροπῶν 15
 φθείρει τὸ ἔδαφος; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ἔνεκα πίστεως. αὐτὸς
 δὲ τείνας τὴν χεῖρα παῖει τῷ ξίφει τὸν Τοῦρκον, λέγων καὶ
 τοῦτο „ἀρκεῖ ὑμῖν ὁ θησαυρὸς καὶ ἡ αἰχμαλωσία· αἱ δὲ
 οἰκοδομαὶ τῆς πόλεως ἐμαὶ τυγχάνουσιν.” ἦν γὰρ ὁ τύραν-
 νος μετανοήσας ἐπὶ τῇ συνθήκῃ τῇ γενομένῃ, ὄρων τὸν ἐξ- 20
 ἀντλούμενον θησαυρὸν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν ἄμετρον.
 ἔλκυσσας δὲ τὸν Τοῦρκον ἐκ τῶν ποδῶν ἔξω ἡμιθανῆ ἐρρι-
 ψαν. αὐτὸς δὲ καλεύσας ἓνα τῶν αὐτοῦ μιαρῶν ἱερέων,

2. παρητιμασμένον Bullialdus.

netorum triremes vela fecerunt. at universam populi multitudinem,
 a nautis spretam ac desertam, extra urbem nacti Turci classarii,
 viros et mulieres in navigia deduxerunt: reliqui vero urbis incolae
 extra moenia hacti in castris. pecudum more stabulabantur.

40. Quae hactenus narravi, ab hora diei prima ad octavam
 usque cuncta peracta sunt. omni suspicione ac metu tunc remotis,
 tyrannus mesazontibus aliisque satrapis suis stipatus urbem intravit,
 ante et post cinctus satellitum suorum ignem spirantium manu, qui
 Apolline sagittario praestantiores, Herculeae vi iuvenes, singuli denis
 pugnando pares erant. ad magnam ecclesiam ubi devenit, equo desi-
 liit, eamque ingressus admirabundus spectavit. Turcum vero quem-
 dam marmor confringere cum animadvertisset, interrogat quare pa-
 vimentum corrumperet. respondit iste, fidei zelo id se facere. exten-
 sa tum manu Turcum gladio percutit, et thesauri, inquit, ac capti-
 vi vobis sufficiunt, urbis aedificia mea sunt. pacti enim cum militi-
 bus suis conventi tyrannum, thesauros exhaustos totque abductos
 captivos cernentem, poenituit. Turcum illum semianimem pedibus
 tractum extra templi limina proiecere. princeps unum ex impuris

ἀνέβη δ κληθεὶς ἐπ' ἄμβωνος καὶ ἐδιελάλησε τὴν μαρὰν αὐ-
 τοῦ προσευχῆν. ὁ δὲ υἱὸς τῆς ἀνομίας, ὁ πρόδρομος τοῦ
 ἀντιχρίστου, ἀναβὰς ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης ἐποίησε τὴν C
 προσευχῆν. βαβαὶ τῆς συμφορᾶς, φεῦ τοῦ φρικώδους τέρα-
 5 τος! οἴμοι, τί γέγοναμεν; αἱ αἶ, τί εἶδαμεν; Τοῦρκος ἐν τῇ
 ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, ἐν ᾧ λείψανα ἀποστόλων καὶ μαρτύρων
 ἴδρονται, καὶ ἐπάνω αὐτοῦ ἀσεβής; φρεξόν, ἦλιε. καὶ ποῦ
 ὁ ἄμνός τοῦ θεοῦ, καὶ ποῦ ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ πατρὸς, ὁ
 10 θνόμενος ἐπάνω καὶ ἐσθιόμενος καὶ μηδέποτε δαπανώμενος;
 ὄντως εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν. ἡ λατρεία ἡμῶν εἰς οὐδὲν
 ἐλογίσθη τοῖς ἔθνεσι διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. ὁ ἐπὶ τῇ
 ὀνόματι τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σοφίας ἀνοικοδομηθεὶς ναός, καὶ
 15 τέμενος τῆς ἁγίας τριάδος ὀνομαζόμενος καὶ μεγάλη ἐκκλησία P. 169
 καὶ νέα Σιών, σήμερον βωμὸς βαρβάρων καὶ οἶκος τοῦ Μωσά- V. 135
 15 μᾶθ ἐπεκλήθη καὶ γέγονεν. δικαία ἡ κρίσις σου, κύριε.
 Ἐξελθὼν οὖν ἐκ τοῦ βωμοῦ ἐζήτησε τὸν μεγαδοῦκα, καὶ
 αὐθις παρέστησαν αὐτόν. ἐλθὼν οὖν καὶ προσκυνήσας, εἶπεν
 αὐτῷ „καλῶς ἐποίησατε τοῦ μὴ παραδοῦναι τὴν πόλιν. ἴδε
 πόση ζημία ἐγγένοι, πόσος ὄλεθρος, πόση αἰχμαλωσία.“ ὁ
 20 δὲ δούξ ἀπεκρίνατο „κύριε, οὐκ εἶχομεν τόσῃν ἡμεῖς ἐξου-
 σίαν τοῦ δίδοναι σε τὴν πόλιν, οὐδὲ βασιλεὺς αὐτός, ἄλλως
 ὅτι καὶ τινες τῶν σῶν ἐδυνάμουν τὸν βασιλέα ἐν λόγοις γρά-

suis sacerdotibus vocatum in ambonem escendere iussit, ubi profanas
 preces suas recitavit, principe filio iniquitatis, antichristi praecurso-
 re, super sacra mensa interim locato, precesque suas recitante. proh
 calamitatem! proh horrendum monstrum! he! mihi! quo loci res
 nostrae devenerunt! heu! heu! quid vidimus! Turcum impium san-
 ctum altare pedibus calcantem, stantemque super apostolorum et
 martyrum reliquiis in eo repositis. perhorrescat sol. ubinam agnus
 dei? ubi filius et verbum patris super altari illo mactatus, manduca-
 tus, nec unquam consumptus. pro nothis et adulterinis revera ae-
 stimati sumus. religionem nostram et caerimonias propter peccata
 nostra gentes flocci fecerunt. templum quod verbi dei sapientiae no-
 mini extructum ac consecratum erat, templum sanctae Trinitatis
 appellatum, ecclesia magna, nova Sion, hodie in barbarorum aram
 et Mohamedis domum re ac nomine transformata est.

Iustum iudicium tuum, domine! templo cum exiisset tyrannus,
 ad se venire ducem magnum iussit; qui illico adductus principem
 veneratus est. hisce tyrannus eum allocutus est verbis. „vos quidem,
 urbe mihi non dedita, egregie rem gessistis. damnum ac iacturam,
 quanta sint, aestimatione metire, caesorum immanem stragem capti-
 vorumque numerum considera.“ istis dux respondit: „hac in urbe.
 domine, ne imperator quidem, nedum ego, tanta auctoritate eramus,

Βροντες μὴ φοβοῦ, οὐ γὰρ ἰσχύσει καθ' ἑμῶν." τοῦτο γοῦν
 ἐπέλαβεν ὁ τύραννος διὰ τὸν Χαλὶλ πασίαν· ἦν γὰρ τρέφων
 θυμὸν κατ' αὐτοῦ. τότε ἀκούσας τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως
 ἠρώτησεν εἰ ὁ βασιλεὺς ἀπέδρα σὺν ταῖς ναυσί, καὶ ὁ δοῦξ
 ἀπεκρίνατο ὅτι οὐκ οἶδεν· ἦν γὰρ αὐτὸς ἐν τῇ βασιλικῇ πύ- 5
 λῃ τότε ὅτε οἱ Τούρκοι συνήτησαν, εἰσελθόντες ἐν τῇ πύ-
 λῃ τῆς Χαρσοῦ, τῷ βασιλεῖ. ἀποσπασθέντες οὖν ἐκ μέσσω
 στρατοπέδου δύο νέοι, εἶρηκεν ὁ εἷς τῷ τυράννῳ „κύριε,
 ἐγὼ τοῦτον ἀπέκτεινα· βιαζόμενος οὖν τοῦ εἰσελθεῖν καὶ
 ἀρπάσαι σὺν τοῖς σὺν ἐμοί, ἔασα αὐτὸν νεκρὸν καταλείψας." 10
 Ὁ δ' ἄλλος εἶπεν „ἐγὼ τοῦτον ἐπάταξα πρῶτον." τότε ὁ τύ-
 ραννος στείλας καὶ τοὺς δύο ἐνετείλατο φέρειν τὴν κεφαλὴν
 αὐτοῦ· οἱ δὲ ταχυδρομήσαντες εὔρον, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐ-
 τοῦ τεμόντες παρέστησαν τῷ ἡγεμόνι. ὁ δὲ τύραννος ἔφη
 πρὸς τὸν μεγαδοῦκα „εἰπέ μοι τὸ ἀληθές, εἰ ἡ κεφαλὴ αὕτη 15
 ἐστὶ τοῦ βασιλέως σου." τότε καταστοχασάμενος αὐτὴν εἶ-
 ρηκεν „ἐκείνου ἐστὶ, κύριε." εἶδον οὖν αὐτὴν καὶ ἕτεροι,
 καὶ ἐγνώρισαν. τότε προσήλωσαν αὐτὴν ἐν τῷ κίονι τοῦ Ἀδ-
 γουστείου, καὶ ἴστατο ἕως ἑσπέρας. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκδείρας
 καὶ ἀχύροις τὸ δέρμα στοιβάσας ἐπεμψε πανταχοῦ, δεικνύων 20
 Δτὸ τῆς νίκης σύμβολον τῷ τῶν Περσῶν ἀρχηγῷ καὶ τῶν Ἀρά-
 βων καὶ τοῖς ἄλλοις Τούρκοις.

ut illum tibi permittere possemus; praecipue cum inter tuos nonnulli
 bonum animum nos habere iuberent, scriptis ad imperatorem in
 hunc modum literis: ne formida, neque enim viribus suis vos de-
 bellabit. haec ab Halile Bassa scripta suspicatus est tyrannus, in
 quem odio ac ira iam flagrabat. imperatoris nomine audito, an au-
 fugisset cum navibus interrogat. id se ignorare dux respondit: ad
 portam enim regiam in statione tunc se fuisse, quando Turci in
 urbem porta Charsi irruentes imperatorem adorti sint. e mediis ca-
 stris duo iuvenes mox exciti sunt, quorum alter tyranno dixit: „do-
 mine, ego illum occidi, et cum turba a tergo urgente progredi vi
 cogerer, una cum meis commilitonibus praedam acturas, mortuum
 ipsum omisi.“ alter se priorem vulnus infixisse iactavit. ambos hosce
 iuvenes tyrannus illico abire ad conquiendum, sibique eius caput
 afferre iussit. mandato confestim parvare, inventique cadaveris am-
 putatum caput principi attulere. magnum ducem allocutus tyrannus,
 an revera hoc sit imperatoris caput, interrogat; ex indicibus agnitum,
 illius esse fassus est; aliisque conspectum pariter approbatum. ab iis
 deinde columnae, quae in Augustio locata est, affixum, ad vesperam
 usque spectaculo fuit. pellis denique detracta paleaque referta per
 Persarum Arabumque principum aliorumque Turcorum ditiones, ut
 victoriae symbolum, ostentantur.

Ἄτεροι δὲ φασιν ὡς ὁ δούξ εὐρέθη μετὰ τοῦ Ὁρχάν ἐν τῇ
 πύργῳ τῇ τοῦ καστελίου τοῦ Φραντζεζίδων, κάκει παρεδόθησαν
 ὀρώντες ὡς οὐκ ἦν δυνατόν ἀνθίστασθαι πλέον τοῖς Τούρκοις.
 ὄντων δὲ πλείστον ἐκεῖ καὶ εὐγενῶν ἀρχόντων σὺν τῇ δου-
 5 κί, ἤτησατο ὁ Ὁρχάν ἀπὸ τινος μοναχοῦ τὰ ἄμφια αὐτοῦ,
 καὶ φορέσας αὐτὰ ἔδωκε τῷ μοναχῷ τὰ αὐτοῦ, καὶ διὰ μι-
 ᾶς τεξοβολικῆς θυρίδος ἔβαλεν ἑαυτὸν κατὰ γῆς ἔξω τῆς πό-
 λεως· καὶ λαβόντες οἱ τῶν πλοίων καὶ δεσμώσαντες ἔβαλεν
 ἐντὸς σὺν τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις. οἱ δὲ τοῦ πύργου πα-
 10 ραδοθέντες καὶ αὐτοὶ ἐντὸς τοῦ πλοίου ἐκείνου εἰσῆχθησαν. P. 170
 τότε εἰς τῶν αἰχμαλώτων τῶν Ῥωμαίων καταπραγματευσάμε-
 νος τὴν αὐτοῦ ἐλευθερίαν εἶρηκε τῷ ναύαρχῳ „εἰ ἐλευθερώ-
 σεις με σήμερον, ἔχω σοι δοῦναι τὸν Ὁρχάν καὶ τὸν μεγα-
 15 δοῦκαν ὁμοῦ.“ τότε ἀκούσας ὁ ναύαρχος ὡμοσε τοῦ ἐλευθε-
 ρῶσαι αὐτόν. καὶ τότε δεῖξας τὸν μελαμφόρον Ὁρχάνην,
 καὶ μαθὼν ὅτι κατ’ ἀλήθειαν ἐκεῖνός ἐστιν, ἀπέτεμε τὴν κε-
 φαλήν αὐτοῦ. τὸν δὲ μεγαδοῦκα ζῶντα καὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ
 Ὁρχάν λαβὼν εἰς τὸν ἡγεμόνα ἀπήγαγεν ἐν τῇ Κοσμηδίῳ.
 ἐκεῖνος δὲ τῷ ναύαρχῳ εὐεργετήσας καὶ πλείοτα δούς ἀπέ-
 20 λυσεν· τὸν δὲ μεγαδοῦκα ἐκέλευσε καθίσαι, καὶ παρηγορή- B
 σας αὐτόν ὥρισε διαλαληθῆναι ἐν τῷ φροσάτῳ καὶ ἐν τοῖς V. 136
 πλοίοις διὰ τῶν παιδῶν καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ παρευ-
 θὺς συνήχθησαν. τότε ὁ ἡγεμὼν δοῖς ἀνὰ χιλίων ἀσπρῶν
 κατὰ κεφαλὴν ἀπέλυσε πάντας ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ αὐτόν

Alii narrant, in turre, quam Franci tuebantur, ducem cum Or-
 chane latitasse, et cum Turcis resistendo impares se agnoscerent, in
 eorum potestatem deditione devenisse; plurimosque ibi nobiles ac
 proceres cum duce adfuisse. inter eos etiam, ut referunt, monachus
 erat, a quo vestes, quibus indutus erat, Orchanes petiit, illisque
 suas commutavit; per fenestram deinde quandam sagittis emittendis
 accommodatam extra oppidi muros praecipitem se dedit: quem com-
 prehensum nautae vinxerunt, et cum ceteris captivis navibus impo-
 suerunt. qui in turre erant, ceteri et ipsi se Turcis permisere, inque
 navem eandem abducti sunt. ex his quidam captivus Romaeus, quo
 se in libertatem assereret talia navarcho dixit: „si me libertati resti-
 tueris, Orchanem magnumque ducem hodie tibi tradere possum.“
 hoc ut intellexit navarchus, eum libertate donaturum se iuravit.
 mox monitrato nigris in vestibus Orchanum agnitoque caput amputa-
 vit vivum deinde magnum ducem, Orchanisque caput principi in
 Cosmedio tum versanti obtulit; qui navarcho gratis actis, multa etiam
 largitus est. magnum vero ducem sedere iussum consolatus est, eius-
 que liberos et uxorem per castra et classem a tubicine conquisitos

μεγαδοῦκα, θαρρύνας αὐτὸν καὶ παρηγορήσας τὰ πλεῖστα, εἰπὼν αὐτῷ ὅτι „τὴν πόλιν ταύτην σοι μέλλω παρακαταθέσθαι τοῦ ἔχειν τὴν ἅπασαν αὐτῆς φροντίδα, καὶ ποιήσω σε εἰς κρείττοτέραν δόξαν παρ' ἣν εἶχες ἐν τῷ καιρῷ τοῦ βασιλέως, καὶ μὴ ἀθύμει.” εὐχαριστήσας οὖν καὶ ἀσπασόμενος 5 τὴν αὐτοῦ χεῖρα ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. μαθὼν δὲ C παρ' αὐτοῦ τὰ ὀνόματα τῶν εὐγενῶν, τῶν ἐν τῷ παλατίῳ διαπρεψάντων ὀφφικιαλίων, πάντων τὰ ὀνόματα κατέγραψε. καὶ ἐν τοῖς πλοίοις καὶ ἐν ταῖς σκηναῖς συναθροίσας οὖν πάντας ἐξηγόρασεν, ἀνὰ χιλίων ἀσπρῶν δοῦς τοῖς Τούρκοις. 10

Πρωίας δὲ γενομένης παρελθούσης ἐκεῖνης τῆς πρώτης καὶ ζοφεραῆς ἡμέρας, ἐν ἧ' ἐγένετο ἡ πανωλεθρία τοῦ γένους ἡμῶν, εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει ὁ τύραννος καὶ εἰς τοὺς οἴκους τοῦ μεγάλου δουκὸς ἐλθὼν, ἐξελθὼν δὲ εἰς συνάντησιν αὐτοῦ καὶ προσκνήσας αὐτόν, εἰσῆλθεν ἐντός. ἦν δὲ ἡ γυνή 15 αὐτοῦ ἀσθενοῦσα κλινηρης. τότε ὁ προβατόσχημος λύκος ἐγ- D γίσας τῇ κλίνῃ ἔφη προσαγορεύσας αὐτῇ „χαῖρε ὦ μήτηρ • μὴ λυποῦ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι. τὸ θῆλημα τοῦ κυρίου γε- νέσθω. ἔχω ἔτι πλείονα παρ' ὧν ἀπόλεκας τοῦ δοῦναί σοι μόνον ὑγίαινε.” ἐλθόντες δὲ οἱ παῖδες αὐτοῦ προσεκύνησαν 20 αὐτῷ, καὶ εὐχαριστήσαντες αὐτόν ἐξῆλθε περιοδεύων τὴν πόλιν. ἦν γὰρ ἡ πᾶσα ἄοικος, οὔτε ἄνθρωπος οὔτε κτῆνος οὔτ' ὄρνεον κραυγάζων ἢ λαλῶν ἐντός • μόνον τινὲς τῶν μὴ

adduci imperat. singulis aspra mille distribuit princeps, demumque magnum ducem bene sperare hortatus, longo humanoque sermone eius dolorem levat, dicitque: „hanc urbem fidei tuae curandam credere volo, illustrioribusque, quam quos in imperatoris aula gessisti, honoribus honestabo, animum ne despondeas.“ gratiis actis, manum eius deosculatus, magnus dux domum abiit. cum autem ab eo intellexisset Mehmetes nobilium illustriumque palatii et aulae principis officialium nomina, singula descripsit; quos per classem et castra conquistis, redemptosque mille aspris singulos, locum in unum conduxit.

Latinorum episcopus sanctissimi Petri Nauplii et Argorum episcopi pretiosas reliquias ab urbe Argis Nauplium, quae episcopalis sedes est, transtulit. qui tum illic adfuerunt, dicunt terram, cum sanctum monumentum illud apertum fuit, motu concussam fuisse. odor etiam suavis admodum dimanavit, locum illum et totum aërem complevit; et monumentum luminibus splendere visum est, pretiosae reliquiae honeste compositae; quas cum tetigissent fideles aliquot, plurimi illis sanati sunt.

6930 (1422) Feria 2 hebdomadis diacaenesimae i. e. postridie paschatis, magnus terrae motus contigit; statimque per Moream pestis grassari passim coepit.

6931 (1423) Maii 22 Turachanes Turcorum dux cum exercitu ad Hexamilium processit, expugnatumque deiecit. inde Lacedaemonem profectus eat, deinceps Leontopolim, Gardicum et Taviam, ubi Iunii die V Albanitarum copias cecidit.

6938 (1430) Musulmani Theasalonicam occupaverunt.

6939 (1431) Nona pestilentia.

6947 (1439) Synodus octava Florentiae celebrata.

6952 (1443) Indictione VII, Decembris XX, dominus Constantinus despota Palaeologus Cpoli in Moream venit, cuius dominium

λόγος, καὶ παρέλαβεν τὴν αὐθεντίαν τοῦ Μωραίως. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ κύρις Θεόδωρος ὁ Πορφυρογέννητος ὁ δεσπότης Μωραίως ἀπῆλθεν εἰς τὴν Κωνσταντινου πόλιν, ἵνα γένηται βασιλεύς. καὶ ἀπέτυχεν τοῦ σκοποῦ· ἐβασίλευσε 5 γὰρ κύρις Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ.

Τῷ 598᾽ ἔτει μηνὶ Μαρτίῳ ἔκτισε τὸ Ἑξαμίλιον κύρις Κωνσταντῖνος Παλαιολόγος ὁ δεσπότης Μωραίου. ἐπαρέλαβε δὲ ὁ αὐτὸς τὰς Θήβας τὰς ἐπταπόλους, καὶ ἐκούρευσε μέχρι Λιβαδείας καὶ Ζητουνίου καὶ τοῦ τόπου τῶν 10 Ἀγραφῶν.

Τῷ 598᾽ νεμήσεως ἦλθεν εἰς τὴν Κόρινθον ὁ ἀγιώτατος μητροπολίτης κύρις Μαλαχίης μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀγιωτάτου Μάρκου.

Τῷ 598᾽ ἔτει τοῦ κόσμου, τῆς δὲ θείας σαρκώσεως 15 αὐμς', Δεκεμβρίου γ' ἡμέρᾳ σαββάτῳ, ἦλθεν μετὰ φοσάτου αἰῆ Τουρκος Ἀμιρὸς Ἀχμάτης ὁ Ἀμοράτης εἰς τὸ Ἑξαμίλιον Κορίνθιον. καὶ τῇ ἄλλῃ ἐρχομένη παρὰ κ' ἐσπέρα ἤρξατο τοῦ πολέμου· καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς γεναμένης ἰσχυρῶς τῆς μάχης τῷ πρωτῷ ἄφθῃ ὁ τεῖχος παρὰ τῶν ἐπιβούλων, 20 καὶ ἐτρόπησαν εἰς φυγὴν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἐσέβησαν οἱ Τουρκοὶ, καὶ ἐδίωκον αὐτούς, καὶ οὓς μὲν ἀνείλιν οὓς δὲ ἤχμαλώτισαν, καὶ ἐπῆραν ἄπειρα πλήθη καὶ ἄρματα καὶ ζῶα καὶ χρῆματα. εἶτα ἀπῆγαν εἰς τὰ βασιλικὰ, εἶτα εἰς τὴν Βότζητζαν, καὶ ἐνέπρησαν αὐτὴν καὶ ἤχμαλώτευσαν ὁμοίως 25 καὶ εἰς τὴν Πάτραν χωρὶς τὸν Κουλάν, ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ

adeptus est. frater vero ipsius dominus Theodorus Porphyrogenitus Moreae despota Cpolim, ut imperator renuntiaretur, profectus, voti compos factus non est: regnavit enim frater ipsius dominus Iohannes.

695^a (1444) Mense Martio dominus Constantinus Palaeologus, Moreae despota, Hexamilium refecit, Thebas septem partis instructas occupavit; Libadiam, Zetunium et Agraphorum agrum usque excurrit.

695^b (1446) Indictione X sanctissimus metropolita dominus Malachias, post obitum sanctissimi Marci, Corinthum venit.

Decembris die III, sabbato, Turcus Amiras Ahmetes Amorates ad Hexamilium Corinthium venit cum 1060 militibus. postridie sub vesperam oppugnare coepit; cumque tota nocte non vehementer pugnasset, appetente die in murum subierunt obsessores. Romaeis in fugam effusis, intraverunt Turci, et fugientium tergo instantes, alios occiderunt, alios ceperunt et ipsos et arma, animalia, impedimenta. iude basilica abierunt; mox Bozizam, incolis in servitutem abductis, incende-

τούτων. καὶ ἐγένετο ἡ αἰχμαλωσία πολλὴ σφόδρα. καὶ οὕτως ἐστράφηκεν.

Τῷ ςθϛ' ἔτει ἐτελεύτησεν ὁ ἀμιράς ὁ Ἀμωράτης, καὶ ἔλαβεν τὴν ἀφεντίαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Τζαλαπῆς, καὶ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἔκτισεν τὸ νεόκαστρον, καὶ ἤρξατο ζῆτεῖν τὴν Κωνσταντίνου πόλιν. διαλύσας δὲ τὴν εἰρήνην συνήθροισεν πλήθος ἀπειρον, καὶ στρατὸν συνάξας διὰ τε ξηραῖς καὶ θάλασσης παρεκάθισε τὴν πόλιν ἐν συγκλεισμῷ. ἤρξατο πολεμεῖν αὐτήν, μηχανήματα δὲ πολλὰ κατασκευάσας, καὶ συναρπύσας συγκροτήσας πεζῶν καὶ ἰππέων, καὶ τὴν θάλασσαν τοῦ λιμένος πληρώσας πλοίων, συγκροτεῖ πόλεμον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν. καὶ παρέλαβεν αὐτὴν μηνὶ Μαΐου κθ', ὥρα γ', τῷ ςθϛα' ἔτει νεμήσεως α'.

Τῷ ςθϛδ' ἔτει μὲν δ', μηνὶ Μαΐου κθ', ἐφάνη ἀστὴρ ἐν τῷ οὐρανῷ ἀνατέλλων, ἐκβλύζων ὡσπερ καπνὸν εἰς μήκας ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας.

Τῷ ςθϛδ' ἔτει, νεμήσει δ', μηνὶ Ἰουνίῳ παρεδόθη αἰς τὰς χεῖρας τῶν Μουσουλμάνων ἡ πόλις τῶν Ἀθηνῶν.

Τῷ ςθϛδ' ἔτει, νεμήσει δ', ἐγένετο λεῖψις καὶ ὑστέρησις πάντων καρπῶν, καὶ ἦσθιον ὁ λαὸς ἐκ τοῦ λιμοῦ βοσκῆνας γλοῦς εἴζας γιγάρτας ἀκρόδρα. ἤφερε δὲ τὸ πεντάκτρον τὸ οἶτος ὑπὲρ λ', καὶ οὐχ εὐρίσκετο.

P. 201 Τῷ ςθϛε' μηνὶ Μαΐου ἦλθεν ὁ ἀμιράς ὁ Μεχεμέτ Τζαλάπης μετὰ φοσάτου αζ' εἰς τὸν Μωραίαν, καὶ παρέλαβεν

runt. Patras quoque agrosque circumiectos, et praeter Culam, castra occuparunt. quamplurimos secum abducentes captivos reversi sunt.

6959 (1451) Amiras Amorates obiit, imperiique habenas suscepit filius eius Celebis: qui imperium adeptus Neocastrum extraxit, et de Cpoli subigenda cogitavit. pace itaque violata, multitudinem infinitam contraxit; conscriptoque exercitu, terra marique urbem obsidione cinxit. deinde multis machinis admotis acie peditum et equitum instructa, portu navigiis occupato, utrinque urbem aggressus expugnat Maii 29, hora 3, anno 6961 (1453), indict. I.

6964 (1456) Indictione IV, Maii 29, cometa in coelo apparuit, qui per multos dies velut fumum protensum emittebat.

Mense Iunio Athenae in Turcorum potestatem devenerunt.

Frugum omnium penuria laboratum: plebs urgente fame herbam, gramen, radices, acinos glandesque vescebatur. panis, qui vix reperiebatur, librae quinque pluris nummis triginta venierunt.

6966 (1458) Mense Maio Amiras Mehemetes Celebi cum mili-

τὴν Πάτραν τὸ Μουχλίν. καὶ Ἀγούστου εἰς τὰς 5 παρέλαβεν τὴν Κόρινθον.

Τῷ 595ῃ ἔτει ἦλθεν ὁ αὐτὸς ἀμιράς τὸ δεύτερον εἰς τὸν Μωραϊαν, καὶ ἐπαράλαβε τὸν Μεζιθράν, καὶ ἐπῆρε 5 τὸν κύριον Δημήτριον τὸν δεσπότην σὺν τῆς βασιλίσσης καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, τὴν ὁποίαν ἐπέλεεν εἰς τὸ Σαράϊ μηνὶ Μαΐω λ', νεμήσει ζ'.

Τῷ 596ῃ ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίω γ' ἡμέρα, κυριακῇ τῶν βαίων, ἐπαρέδωσαν οἱ Ἄργελοι τὴν χώραν τοῦ Ἄργους εἰς τὰς 10 χεῖρας τῶν Τούρκων. καὶ τῇ κ' τοῦ Ἰουλίου μηνός, ἡμέρα β', ἐξόρισαν αὐτοὺς οἱ Τούρκοι ἀπὸ τοῦ Ἄργος, καὶ ἐξόρισαν αὐτοὺς σὺν γυναιξίν καὶ τέκνοις εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. καὶ τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἀγούστου παρέλαβον οἱ Βενετικοὶ τὸ αὐτὸ Ἄργος.

15 Τῷ 596ῃ ἔτει συνήθροισεν ἡ ἀνθεντία τῶν Βενετικῶν στρατὸν διὰ ξηρᾶς καὶ θαλάσσης ἰππέων καὶ πεζῶν καὶ πλοίων πλείστων εἰς τὸ Ἀναύπλι. καὶ τῇ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου ἀπῆλθον εἰς τὸ Ἐξαμίλιον καὶ ἤρξαντο κτίζειν καὶ τελεῖν αὐτὸ ξηρέμβολον· καὶ ἐπολέμιζον καὶ τὴν Κόρινθον. 20 καὶ γεναμένης ἔριδος διὰ μέσων αὐτῶν διελύθη ἡ σύναξις.

Τῷ 596ῃ ἔτει μηνὶ Μαρτίω ἦλθεν ὁ Ἀμπάρ Μπεκὺς μετὰ πλείστου λαοῦ καὶ τεγγιτῶν, καὶ ἔκτισεν τὸν πύργον τοῦ Ἄργους, καὶ ἐβαλεν φύλαξιν, καὶ ἐκράτησεν αὐτό.

Τῷ 597ῃ ἔτει νεμήσεος ἡ ἦλθεν ὁ ἀμιράς σὺν στρατοῦ

tibus 1060 Moream ingressus Patras et Muchlin cepit. Augusti deinde 6 die Corinthum occupavit.

6968 (1460) Amiras ipse in Moream iterum movit, Mesithram cepit; dominumque Demetrium despotam cum regina et filia captum Maii die 30, Indictione VII, Cpolim in Saraium transtulit.

6971 (1463) Aprilis mensis die 3, dominica palmarum, Argivi regionem suam Turcis dederunt; et Iulii die 25, feria 2, Turci eos cum uxoribus et liberis Argis Cpolim transportarunt, habitationemque eis assignarunt. Augusti die 5 Veneti Argos ceperunt.

6972 (1464) Veneta respublica terra marique exercitum peditem equitumque, navesque plurimas Nauplii contraxit. dieque Septembris 1 ad Hexamilium exercitus accessit, quod in partibus mediterraneis aedificari coeptum. Corinthus deinde oppugnata est: ortaque in exercitu discordia ac dissensione ab incepto cessatum.

6975 (1467) Mense Martio Argos accessit Abar-begus, multosque operarios et artifices secum adduxit; Argis turrim extruxit impositoque praesidio firmavit.

6978 (1470) Indictione VIII in Euripum venit Amiras cum in-

V. 162 πλείστον ἰππέων καὶ πεζῶν καὶ πλοίων διὰ θαλάσσης τριακοσίων ἕξ μικρῶν καὶ μεγάλων εἰς τὴν Εὐρώπην, καὶ ἐπολέμιζεν αὐτὴν ἡμέρας καὶ νύκτας μετὰ μηχανημάτων πολλῶν ἀπὸ Ἰουνίου ἰβ' ἕως Ἰουλίου ἰβ'. καὶ τῇ ἰβ' Ἰουλίου ἡμέρᾳ πέμπτῃ ἐπαρέλαβεν αὐτὴν ἡ αὐτὸς ἀμιράς ὁ Μερμετήης Τζα-5 λαπῆς μετὰ αἵματοχυσίας πολλῆς καὶ μάχης ἰσχυρᾶς. ἀπέθανεν δὲ πλῆθος ἄπειρον ἀμφοτέρωθεν. καὶ οὕτως ἐπαρέλαβεν καὶ τὴν καθόλου νῆσον.

Εἰς τὰ αὐοζ' Ἰουνίου ἰζ' ἐποίησεν ἡ κατανυητοτάτη ἡμῶν αὐθεντία τῶν Βενετιῶν ἀγάπην μετὸν Τοῦρκων. 10

Εἰς τὰ ανϛθ' ἐποίησεν ἀμάχην ἡ αὐθεντία ἡμῶν μετὸν Τοῦρκων, καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπῆρεν ὁ Τοῦρκος τὸν Ναπακτον.

Εἰς τὰ αϛφ' ἔτη ἐπῆρεν τὴν Μοθοκορόνην.

Εἰς τὰ αϛγ' ἐποίησεν τὴν ἀγάπην μετὸν Τοῦρκων. 15

Τῷ ζα' ἔτει ἀπέθανεν ὁ ἀμιράς ὁ Παγιαζήτης, καὶ παρέλαβεν τὴν ἀφεντίαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦ Παγιαζήτη. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἦλθεν εἰς πόλεμον μετὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἀχμάτη, καὶ ἐπίασεν αὐτὸν μετὰ δόλου ὑπὸ τῶν αὐτοῦ μεγιστάνων παραδοθεὶς, τὸν ὁποῖον ἐπνίξεν μετὴν χόρδαν τοῦ 20 τοξαρίου.

Τῷ ζκα' ἔτει ἐπίασεν τὰ δυο παιδία τοῦ Ἀχμάτου καὶ ἔκοψεν αὐτά. καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπίασεν τὸν ἕτερον ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Κουρκούτι καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν.

Τῷ ζκβ' ἔτει Ἀπριλλίου ἰς' ἐγένετο μέγας σεισμὸς εἰς 15

genti exercitu pedestrium et equestrium copiarum, navibusque maioribus minoribusque 360. multisque admotis machinis noctu atque interdiu, a Iunii die 12 oppugnavit. Iulii die 12, feria V, post vehementem pugnam, magna cum strage cepit. ingens utrinque caesorum numerus. hoc pacto totam insulam (Euboeam) subegit.

6985 (1477) Iunii die 17 cum Turco excelsissima republica nostra Veneta pacem composuit.

7007 (1499) Republica nostra cum Turcis, qui eodem anno Naupactum occuparunt, bellum gessit.

7008 (1500) Turci Mothocoronem occuparunt.

7011 (1503) Veneti cum Turco pacem inierunt.

7020 (1512) Amiraе Baiazitae mortuo successit filius (Selimes I). is eodem anno cum fratre suo Ahmete bellum gessit, doloque oppressum et a magnatibus proditum arcus chorda strangulavit.

7021 (1513) Ahmetis liberos duos oppressit et interfecit eodem fratrem suum alterum Corcutem interfecit.

7022 (1514) Aprilis die 16 Zacynthus insula ingenti terrae mo-

τὴν Ζάκυνθον, ὥστε ἐχάλασαν πλεῖστα ὀσπεῖτια ἀπὸ τς κά-
στρος τὸ ἄνω, καὶ μέρτικον ἀπὲ τὸ κάτω, καὶ ἐπλάκωσαν
πλεῖστον λαόν.

Τῷ ζκβ' ἐσύναξεν ὁ Σαλήμης πλεῖστον φουσατόν ἰππέων
5 καὶ πεζῶν, πλεῖστον ὑπὲρ τὰς σ' χιλιάδας, καὶ ὑπῆγεν εἰς
τὴν Περσίαν εἰς τὸν Σοφίν. καὶ εἰς τὰς κθ' τοῦ Αὐγούστου
μηνός, ὥρα δευτέρῃ τῆς νυκτός, ἔδοσαν πόλεμον εἰς τὸν τόπον
τοῦ Σοφί. καὶ ἐτζάκησεν αὐτὸν ὁ Σοφίς, καὶ ἔκοψεν ἀπὲ
10 τὸ φουσατόν τοῦ Σαλήμι περισσότερον ὑπὲρ χιλιάδας ρ'. καὶ
ἐγύρυσεν ὁ Σαλήμης τζακισμένους. καὶ πάλιν ἔλαβεν ὁ Σο-
φίς τὸ Ταμπρίζιν καὶ τὸ Σαμνὴν αὐτῶν, καὶ τὸν τόπον
ἔδωκεν τοῦ ἐπῆρην ὁ Σαλήμης.

Τῷ ζκγ' ἐπῆρην ὁ σουλτὰν Σαλήμης τὸ Κάερος καὶ τὴν
ἀφεντίαν τοῦ σουλτάνου ὄλην, καὶ ἐπίασεν τὸν σουλτάνον,
15 καὶ ἐθανάτωσέ τον πικρῷ θανάτῳ, ὃς ὀνομάζεται σουλτὰν
Μπαράκ. ἐρμηνεύεται δὲ τῇ Ἑλλήνων γλώττῃ βασιλεὺς ἐπὶ-
λογήμενος.

Τῷ ζκδ' ἔτει Σεπτεμβρίῳ κς', βασιλεύσας ἔτη θ', ἀπό-
θανεν ὁ ἀσεβὴς ἀμιράς σουλτὰν Σαλήμης, ἀνὴρ ἀνδρείας
20 σώφρων καὶ δίκαιος κρητής. ἠγάπα τοὺς Χριστιανοὺς πλεῖ-
στα, καὶ μάλιστα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ. τῷ αὐτοῦ
καιρῷ ἀνηγέρθησαν πολλαὶ ἐκκλησίαι τῶν Χριστιανῶν· ἔδω-
σεν ἀπλῆν ἐξουσίαν εἰς τὸν καιρὸν τοῦ ἀπλῶς αἰ παλαιᾶ
ἐκκλησίαι ἵνα ἀνεγείρονται. οὗτος εἶπεν πάντες οἱ οἴκοι τοῦ
25 Θεοῦ γὰ καλλωπίζονται. καὶ σὺν ταῖς παλαιαῖς ἐκκλησίαις

tu quassata est, ita ut domus plurimae corruerint in superiori ca-
stro, et inferioris pars collapsa sit. ea ruina multi homines perierunt.

Ingenti exercitu conscripto Selimes, equitum peditumque supra du-
centa millia, in Persiam contra Sophinum movit. Augusti mensis 29,
hora noctis secunda, castra Sophini adortus est. repulit eum Sophinus,
et supra centum millia Turcorum cecidit. Selimes clade affectus redit.
Tabrisium regiam Persarum Sophinus recepit, omniaque oppida,
quae Selimes occupaverat.

7025 (1517) Sultanus Selimes Cairum cepit, totamque Sultani
Aegyptiaci ditionem subegit. Sultanium victum acerba morte affecit.
appellabatur is Sultanus Barac, id est rex benedictus.

7029 (1520) Septembris die 26, anno regni sui IX, impius
Amiras sultanus Selimes obiit; vir generosus, temperans, et iudex
aequus. Christianos valde, praecipue vero Christi ecclesiam dilexit.
imperante ipso multa Christianorum templa condita sunt. plenam
libertatem antiqua templa reficiendi concessit, voluitque omnes ae-

P. 202 ἔγιγαν καὶ πλείσται νέαι ἐκ θεμελίων. τῷ αὐτῷ ἔτει ἔλαβεν τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Σουλαιμᾶν ἐτῶν ὧν κγ', καὶ ἐκάθισεν εἰς τὸν θρόνον τῆς βασιλείας τῷ αὐτῷ Σεπτεβρίῳ μηνὶ εἰς τὰς κς' ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει.

Τῷ ζκθ' ἔτει Ἰουνίῳ μηνὶ ἐποίησεν ὁ σουλτᾶν Σουλαιμάνης φουσάτον ἰππέων καὶ πεζῶν χιλιάδας ρ'. ὅστις ἐπήγεν εἰς τὴν Οὐγγρίαν καὶ ἐπολέμιζεν τὸ Ἀμπελογράδι, καὶ εἰς τὰς β' τοῦ Ἀγούστου ἐπαράλαβεν αὐτό, καὶ πάλιν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν Ἀδριανούπολιν.

Εἰς τὰ αφκβ' Ἰουνίῳ ἐποίησεν ὁ σουλτάνης Σαλαιμάνης¹⁰ φουσάτον διὰ ξηρῶν χιλιάδας σ', καὶ στόλον διακοσίους ἑβδομήκοντα ἄρμενα κάτεργα, καράβας καὶ φοῖστες, καὶ ὑπήγεν εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ ἐπολέμει αὐτὴν διὰ πλείστων ἐλεπόλεων ἀπὸ τὸν Ἰούνιον μῆνα ἕως τοῦ Δεκεμβρίου, καὶ τῇ κέ' τοῦ αὐτοῦ ἐπαρεδόθη ἡ αὐτὴ ἀθλία εἰς χεῖρας αὐτοῦ. ἔδωσε δέ¹¹ ἄδειαν, καὶ ἐξέβη ὅστις ἤθελεν. πρὶν βασιλεῦσαι οὗτος ὁ Σουλαιμάνης, ἐπορεύθη τις Ἑβραῖος μάγος πρὸς αὐτόν, καὶ εἶπεν αὐτῷ „γινώσκει, σουλτάνε μου, ὅτι μέλλεις βασιλεῦσαι.“ καὶ ἀποκριθεὶς ὁ σουλτᾶν Σουλαιμᾶν εἶπεν αὐτῷ „ἐν πόσῳ καιρῷ;“ ὁ δὲ Ἑβραῖος ἔφη „τρία στοιχεῖα γραμμῶν²⁰ με διδάσκουν· οὐκ οἶδα εἰ χρόνοι εἰσὶ ἢ μῆνες ἢ καὶ τὰ ἄλλα.“ καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ ἄλλα ὅσα εἶταν χρεῖαν, ἔφη ὁ σουλτᾶν Σουλαιμάνης ὅτι „ἐὰν βασιλεύσω, δώσω σοι λοφᾶν ὅσον θέλεις.“ καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ἔγγραφον ὁμολογίας.

des deo consecratas ornari; praeter antiquas igitur novae multae a fundamentis constructae sunt. eodem anno filius ipsius Suleimanes, annum agens XXIII, in imperii solio collocatus est Adrianopoli, Septembris die 26.

7029 (1521) Mense Iunio Sultanus Suleimanes, cum exercitu centum millium militum, tam peditum quam equitum, in Hungariam movit. Belogradum oppugnavit et die Augusti 2 cepit; unde Adrianopolim rediit.

7030 (1522) Mense Iunio, conscripto ducentorum millium militum exercitu, classeque CCLXX velorum, cum triremium tum navium et dromonum, apparatus, Sultanus Suleimanes in Rhodum insulam traiecit; urbemque multis machinis a mense Iunio ad Decembrem usque oppugnavit. tandemque huius mensis die 25 urbs ei misera dedita est. libertatem abeundi omnibus, qui diacedere velent, fecit. priusquam hic Suleimanes imperium adeptus est, addit ipsum Hebraeus quidam magus, et „disce,“ inquit, „mi Sultane, te regnaturum esse. quaesivit Sultanus Suleimanes, quando id esset futurum? respondit Hebraeus: „tria litterarum elementa me docent: ve-

- καὶ κατὰ τὸν λόγον τοῦ Ἑβραίου ἐβασίλευσεν, καὶ τῶν στοι-
 χείων ἀριθμουμένων εὐρέθη ἀληθῶς ὁ Ἑβραῖος. ἦλθεν δὲ ὁ
 Ἑβραῖος, καὶ αἰτήσας τὸν λοφᾶν κατὰ τὸ ἰδιόγραφον τοῦ
 ἀφεντός, καὶ λαβὼν αὐτὸ καὶ ἄλλας πλείστας τιμὰς. ἤρω-
 5 τιξεν δὲ αὐτὸν περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τί μέλλει γενέσθαι.
 ὁ δὲ Ἑβραῖος ἢ κακίᾳ φερόμενος, ἢ καὶ ἀληθῶς ὡς ἐδιδά-
 σκετον ὑπὸ τὰς μαντείας αὐτοῦ, ἔφη ὅτι οἱ Χριστιανοί,
 ὅπου εἶναι εἰς τὴν πόλιν, μέλλει νὰ ποιήσουν στάσιν καὶ
 βασιλέα ὅστις ἔνε τὴν σήμερον εἰς τὴν πόλιν, καὶ αὐτοὶ σὺν
 10 αὐτῷ νὰ στασιάσουν κατὰ τοῦ σου κράτους, καὶ διὰ τοῦτο
 προΐδω ἢ βασιλεία σου νὰ τοὺς κόψῃς, ἵνα μὴ τελέσουν τὸ
 ἔργον. ὁ δὲ συμβούλιον ἐποίησε μετὰ τῶν πρωτοσυμβούλων
 αὐτοῦ, ἵνα κόψῃ τοὺς Χριστιανούς. καὶ τις ἐκ τῶν μεγαστά-
 15 ἀθέσμον καὶ ἀδίκον ὁρμῆς, εἰπὼν αὐτῷ „σουλτάνε μου, τὰ
 τοιαῦτα μεγάλα πράγματα ἀπὸ Θεοῦ εἰσιν· καὶ εἰ μὲν εἰσιν·
 ἀπὸ Θεοῦ, οὐ δυνάμεθα ἐναντιηθῆναι, ἵνα μὴ εὐρεθῶμεν καὶ
 Θεομάχοι· εἰ δὲ εἰσιν ἐξ ἀνθρώπων, ἄφες ἡμᾶς τοὺς δού-
 λους σου, ἵνα ποιήσομεν τὴν ἐκδίκησιν.
 20 Τοῦτῳ τῷ ἔτει ἐδείξεν ὁ Θεὸς σημεῖον τοιόνδε ἐν τῇ Κων-
 σταντίνου πόλει τῇ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα. τὸ μεσονύκτιον
 ἠγέρθησαν οἱ Τερβήσιδες, καὶ ὑπῆγαν εἰς τὴν ἁγίαν σοφίαν, νὰ
 σαλαβατίσουν κατὰ τὸ αὐτῶν ἔθος. καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν προαύλια

rum, anni sint an menses an alia temporis intervalla, nescio“. his et aliis, quae ex re erant, dictis, Sultanus Suleimanes, „imperium,“ inquit, „adeptus mercedem, quantam volueris, solvam;“ scriptoque de mercede ei cavit. et adeptus est imperium secundum Hebraei vaticinium, quod numero litterarum inito verum est inventum. mercedem itaque ex instrumento scripto a principe Hebraeus repetit et accepit, multisque honoribus affectus est. interrogavit porro Sultanus Hebraeum, quidnam se regnante futurum esset. tum Hebraeus aut malevolentia sua ductus aut vere ab arte sua edoctus, „Christiani,“ inquit, „qui in urbe sunt, seditionem excitabunt, imperatoremq; constituent, quo duce adversus potentiam tuam rebellent: propterea eos, o Sultane, reprime, priusquam eo sceleris prorumpant.“ ipse ergo cum suis consiliariis de Christianis delendis deliberat. quorum unus, Pyri Bassa vocatus, ab iniquo eum ac nefario impetu retraxit, sic affatus: „mi Sultane, tam magnae res a deo sunt. et si a deo sunt, non possumus adversari, aut et adversus deum pugnare deprehendemur. sin ab hominibus sunt, sine nos servos tuos vindictam sumere.“

Hoc anno tale signum Cpoli magna paschatis dominica deus ostendit. cum Dervisii media nocte, ut ipsis mos est, surrexissent et ad S. Sophi-

τοῦ ναοῦ ἤκουσαν ψαλμωδίαν, καὶ εἶδον καὶ φῶς μέγα ἐν τῷ ναῷ, καὶ πλησιάσαντες εἶδον τὰς πύλας ἀνεωγμένας καὶ φωνὰς ψαλμωδίας, τὸ Χριστὸς ἀνέστη. καὶ ἀκούσας σπουδαίως ἔδοσαν γνωστὸν τοῦ ἀφεντός, ὅστις ἦλθεν σωματικῶς, καὶ ἤκουσεν καὶ εἶδεν ἐν ὀφθαλμοῖς, κελύσας ἵνα ἀναβῶν; εἰς τὰ ἀνηχούμενα, νὰ σκοπεύουν μήποτε ἐστὶν ἐξ ἀνθρώπων ἢ τοιαῦτα ἐνέργεια. καὶ εὐθὺς ἐξέλιπεν καὶ τὸ φῶς καὶ ἡ ψαλμωδία. καὶ πάλιν ὄρμησεν, ἵνα κόψη τοὺς Χριστιανούς, εἰ μὴ πάλιν ὁ αὐτὸς Πυριπασιαῖς ἀπέκοψεν αὐτοὺς τὴν ὀρμὴν.

Εἰς τὰ ἀρχῆς Ἰουλίῳ ἐπῆρεν ὁ Σπανίας τὴν Γένοβαν ἀπὸ σπαθίου, καὶ ἔκοψεν ἐν αὐτῇ ψυχὰς λέ' χιλιάδας.

Εἰς τὰ ἀρχῆς ἀπεστάλη ὁ Αἰχμάτης Μπασιαῖς ὑπὸ τοῦ ἀμιροῦ σουλτάνου Σουλαιμάνη εἰς τὸ Κάερος, ἵνα ὀρῆσῃ αὐτό. ὅστις διὰ φθόνον, διότι ἠγάπα ὁ ῥηθεις ἀμιράς τὸν Πραι Μπάσιαν, ἀνυποστάσεται, καὶ ἐγένεν ἀντάρτης, καὶ ἔκοψεν ὄλους ὄσους ἔδρεν ὅπου ἤθελαν νὰ εἶναι εἰς τὴν δουλοσύνην τοῦ ῥηθέντος ἀμιρός. οἱ δὲ οἰκεῖοι τοῦ αὐτοῦ τόπου ἔψωσαν τὸν ῥηθέντα Μπάσιαν, καὶ ἐποίησαν αὐτὸν σουλτάνον, οὗ ὁ ἀδελφὸς ἦν Φλαμπουριάρις εἰς τὸν Μωραίαν. καὶ ἐστειλεν ὁ ῥηθεις ἀμιράς, καὶ ἀπεκεφάλισαν αὐτὸν ἐν τῇ Μεθόνη· τὴν ὁποίαν κεφαλὴν ἔκδειραν, καὶ ἐπῆραν αὐτὴν P. 205 εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν. ὁ δὲ ῥηθεις Ἀχμάτης, ὁ καὶ σὲ σουλτάνος, ἐσύναξεν ὄλους τοὺς Ἑβραίους τοὺς ἐπ' αὐ-

ae templum venissent, iuxta ritus suos orgia celebraturi, vestibulum ingressi psalmodiam audierunt lumenque magnum in templo viderunt; propius deinde accedentes patentem portas conspexere, audieruntque voces canentium hymnum „Christus resurrexit.“ quod ad Sultanum accurate retulerunt, ipseque ingressus audivit et vidit oculis suis, iussitque ut attenderent ad resonantes istos cantus. perpenderentque an ab humana voce ederentur. mox cum psalmodia lumen defecit iterumque Sultanus de Christianis interficiendis vehementius agit, a quo violento consilio Pyri Bassa eum retraxit.

Mense Julio Genuam vi occupavit Hispaniae rex, hominumque triginta quinque millia occisa sunt.

Ahmetes Bassa Cairum in Aegypto, ut provinciam regeret, a Sultano Suleimane missus est. invidiae vero stimulis in Abrahamum Bassam percitus, quod apud Sultanum gratia prae ceteris valeret, a Suleimane deficit et contra eum rebellat; omnesque, quos illi fideles reperit, de medio tollit. provinciales Achmetem illum Bassam Sultanum proclamarunt. huius frater in Morea Flaburiaris. i. e. Sangiacus, erat; quem Methonae per satellites illuc missos amiras capite truncat; caput pelle detracta Cpolim asportarunt. Ahmetes

τὸν καὶ ἔκοψεν τοὺς καὶ τὸν βίον αὐτῶν ἐδήμευσεν, ὃς δ᾽ ἀνῆλθεν ἔξ αὐτῶν βίον πλήθος ἄπειρον.

Τῷ αὐτῷ ἔτει διὰ συνέργου τοῦ ῥηθέντος μεγάλου ἀφέντος τοῦ Σουλαιμάνη ἐσκόποσαν μέσα εἰς τὸ λουτρόν τὸν 5 ῥηθέντα Ἀχμάτ Μπασία, καὶ πάλιν ὁ τόπος ὅλος τῆς Συρίας ἐγύρησεν εἰς τὴν δουλοσύνην τοῦ μεγάλου ἀφέντος.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ ῥηθείς ἀμιράς ἐξέβαλεν πολλὰς φαιμυλίας ἀπὸ τὰ κάστρη τῆς Ῥωμανίας, καὶ ὑπῆγε τὰς εἰς τὴν Αἴγυπτον καὶ Τούρκους.

10 Τῷ αὐτῷ ἔτει καὶ τὸ παρελθὸν ἐγένετο λοιμικὴ νόσος παγκόσμιος, κυρίως δὲ εἰς τὴν Κρήτην, εἰς τὴν Ῥόδον, εἰς τοὺς Κορφοὺς, εἰς τὴν Ζάκυνθον, εἰς τὴν Ἄρταν, εἰς τὰ Ἰωάννινα ἐγένετο Περίαν, καὶ εἰς τὸν Μωραϊαν σποράδην, καὶ εἰς τὴν Ἀθήναν.

15 Τῷ αὐτῷ ἔτει Ἀγούστου εἰς τὰς ἡ ἐπέρασεν ὁ Κορκοτύλης μετὰ κατέργων καὶ φούστων, καὶ ὑπῆγε τὸ μέρος τῆς Πουλίας, καὶ ἐπῆρεν ἓνα κάστελλον.

vero, nuper Cauri Sultanus renuntiatus, cunctos suae ditionis Hebraeos simul contractos interficit, eorumque bona publicat, unde magnam pecuniarum vim corrastit.

Eodem anno, magno Sultano Suleimane auctore, Achmetes Bassa in balneis oppressus necatur, rursusque universa Syria Sultani imperio subiicitur.

Eodem anno praedictus amiras ex Romaniae, id est Thraciae, oppidis familias multas in Aegyptum et inter Turcos abduxit.

Eodem anno, etiamque superiori, contagiosus morbus per universum orbem saevit, praecipue vero per totam insulam Cretam, Rhodum, Corfunium, Zacynthum, Artam, Iohannina, Peria. Moream passim Athenasque invasit.

Eodem anno Augusti die 8 in Apuliam triremibus dromonibusque Curtugles traiecit, istiusque provinciae partem populatus est, et castrum unum occupavit.

ISMAELIS BULLIALDI

AD DUCAE HISTORIAM

NOTAE.

- P. 206 · P. 10. 1. *ed. Bonn.* Cap. 1. Initio huius operis propositum V. 165 auctoris fuit annorum a mundi ortu et creatione exactorum synopsis ob oculos ponere iuxta ecclesiae Orientalis calculum, quae ab initio mundi ad annum 1 aerae Christianae vulgaris annos integros 5508 a Septembri antecedente Kal. Ian. anni primi numerat. nullus vero eorum qui in Chronologia parumper versati sunt, nescit Graecos annum suum ab illo termino Kal. Septemb. ordiri; ita ut Christus anno 5509, sive autumno sive ineunte hieme θεοτόκος eum genuisse dicatur, natus sit. norunt etiam omnes Septuaginta, ita appellatos ac creditos veteris testamenti interpretes, plures annos a mundi exordio ad Abrahamum in versione sua computavisse quam in textu Hebraico reperiantur. qua ratione id contigerit assequi arduum. textus equidem Hebraicus ab Adamo ad diluvium annos exactos solummodo exhibet 1655, cum interim LXX interpretes numerent 2242. in huius enim capituli verbis, ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ ἐὼς τοῦ κατακλινοῦ ἔτη βῆμβ', rectus est, etsi e generationum explicatarum numeris colligantur 2249. a diluvio ad Abrahamum textus Hebraicus numerat annos 292: at interpretes LXX numerant annos 1178, hic noster 1121. de hac computandi dissensione non est dicendi nunc locus; nec propositum est nobis disquirere et scrutari num textus Hebraicus, quo illi usi sunt, ab eo qui omnibus probatus circumfertur variaverit, num etiam aliqua ratione ducti illi viri, qui gentilium, Aegyptiorum praecipue ac Graecorum, oculis ac iudicio sacram historiam subiiciebant, annos aliquot ab orbe condito ad diluvium et inde ad Abrahamum intercalarint, importunas gentium ob idololatriam caecitientium obiectiones declinaturi.

*secrationem anni 5, menses 11, dies 10 transierunt: anno enim ab orbe condito 6008, Indict. XV, Februarii die 25, hora diei prima, Iustinianus instaurationem Magnae ecclesiae auspicatus est. In hoc Cedreni loco mendum librarii occurrit in annis mundi hic enumeratis: coepit Iustinianus anno Christi 527, mundi 6055, Kal. Aprilibus anno eius quinto, id est 531 Christi, mundi vero 6059 vel 6040, seditio Cpoli orta est. Febuario mense coepta est reaedificari S. Sophiae Basilica; et anno eius undecimo consecrata est, id est anno Christi 537, ab April. Kal. ad similem diem anni 538. et ut quod sentio dicam, anno mundi 6040, Febuario mense, coepit instaurari templum S. Sophiae, Indictione IX. ita ut legendum sit *ζμ' ετει ιδικτ. θ*, anno 6040, Indict. IX.*

V. 166 praeter illud alia collapsa aut seditione factionum Prasinæ ac Venetae combusta instauravit. xenodochia et monasteria fabricari iussit, iisque redditus annuos ingentes attribuit: imperii fines barbarorum incursionibus angustiores redditos dilatavit, de quibus omnibus Procopii tractatus sex *περι των του Ιουστινιανου κτισμάτων* legendi sunt.

P. 208 Ab aerae Christianae vulgaris initio ad Constantinum mortuo anno 306, Iulii die 25, Constantio Chloro, ipse imperii fasces suscepit. perperam igitur noster a Christo ad Constantinum numerat annos 318. A Constantino pariter ad Iustinianum erravit statuens annorum 210 intervallum, cum revera intercesserint ab anno 306, Iulii 25, ad annum 527, Kal. April., quo imperium adeptus est Iustinianus, anni 221 fere: quatuor quippe prope modum menses desunt. ista numerorum perturbatio etiam dum cernitur in illo temporis intervallo, quo Iustiniani iuxta distant a Constantino Leonis IV F. et huius coniuge Irene, quod noster historicus statuit annorum 260, cum tamen iuxta historicam veritatem anni tantum 253 numerentur. et enim cum Irene matre coepit Constantinus anno Christi 780. a Constantino et Irene ad Alexium Comnenum numerat annos noster 295. simul itaque collectis intervallis quae a Christo ad Alexium Comnenum statuit, reperiuntur anni elapsi 1085. idco coepisset Alexius 1084 ineunte. iuxta veritatem vero chronologicam anno Christi 1081 imperium adeptus est Alexius Comnenus, propterea a Constantino et Irene ad Alexium verum temporis intervallum statuitur annorum 501. videtur equidem historiae huius auctor has temporum epochas et intervalla ex memoria descripsisse: nam ista cum sequentibus committi ac concinnari nequeunt. cum enim occupatam a Latinis urbem Cpolim anno mundi 6712, hoc est Christi 1204, Aprilis die 12, statuat, numeretque Ducae Murtzuphli, Alexii Angeli eiusque fratris Isaaci annos, qui-

bus regnarunt, 19 fere, Comnenorum vero dynastiam annorum 105, quae summa colligitur ex numeris annorum attributorum singulis ex gente Comnena imperatoribus, non vero 101, ut in textu legitur, summa annorum quibus Angeli ac Comneni regnarunt sit 122. quam cum ab annis 1204 reiecerimus, ad annum 1082 et initium Alexii Comneni regnando pervenimus. at ex intervallis antecedentibus initia dynastiae Comnenorum anno Christi 1084 hunc auctorem alligare invenimus. non sibi itaque constat Ducas in hac calculi subductione.

P. 12, 20. ἐν ἧ καὶ εἰλω ἡ Κωνσταντινούπολις] Huc advocandae sunt calendarii notae vulgares, ut nobis constet num auctor in assignanda die erraverit. anno Christi 1204 fuit cyclus lunae VII, solis IX, litterae dominicales D. C. Pascha igitur Aprilis 25, dominica τῶν βαΐτων sive palmarum Aprilis 18. ergo dies Aprilis 12 fuit feria 2 seu dies lunae sextae septimanae ieiuniorum, ut a nostro notatur; quae in libris Graecorum ecclesiasticis δευτέρα τῆς ἑκτης τῶν νηστειῶν vocatur. huic etiam temporis notae consentit Nicetas Acominatus Choniatas. Flandriae comes Balduinus ab Henrico Dandolo Venetiarum duce ceterisque 12, vel ut aliis placet, 15 electoribus imperator electus est 6 Kal. Maii, hoc est postridie Paschatis, quod eo anno incidit in 7 Kal. Maii seu 25. Aprilis. coronatur vero 17 Kal. Iunii, hoc est Maii 16. Haec tradit Iacobus Meyerus Baliolanus Annal. Flandriae lib. 7 sub finem. Villharduinus scribit diem coronationis indictam fuisse tribus post Pascha septimanis, hoc est 16 die Maii, quae fuit dominica *Iubilate*.

Inducit Villharduinus Dandulum promittentem se imperatoris nomen proclamaturum *hora qua deus natus est*. quae verba me inducunt ut credam vigilia Paschatis electionem factam et post Pascha incoronationem Balduini dilatam; ita ut Calvisio adhaereamus, qui electionem 24 Aprilis sabbatho sancto factam asserit. et fortasse Villharduinus scripsit aut scribere voluit *hora qua deus resurrexit*, hoc est, summo mane die Paschatis, paulo post mediam noctem. hic tamen omittere non debemus imperatorem Balduinum, in epistola quam de Cpoli expugnata scripsit, monere se electum fuisse dominica *misericordias domini*, quae contigit Maii die 9, sublimatum vero dominica *cantate*, hoc est Maii die 23. P. 209 epistolam illam edidit Aubertus Miraeus in codice *Donationum piarum a Flandriae comitibus factarum*.

P. 13, 1. Cap. 2. Θεόδωρος Λάσκαρις ἐν Νικαίῃ] Extincto a Latinis Alexio Duca Murtzuphlo, qui Alexium Angelum veneno bis frustra aggressus laqueo tandem necaverat, Balduinus Belga seu Flander, adiuvante Henrico Dandolo Vene-

tiarum duce Cpolitanus imperator renunciatur. Theodorus vero Lascaris occupata a Latinis urbe in Orientem abiit et Nicaeae imperator salutatur. ita Nicephorus Gregoras lib. 1 Hist. Byzant. post urbem captam: *ἕως ὄψῃ καὶ μόλις περὶ τὴν Νικαίων μητρόπολιν ἀναγορευθῆναι συμπέπτωκε βασιλεὺς Θεόδωρον Λάσκαριν τριακοντούτῃ ἤδη τυχάνοντα. donec in Nicaeae metropoli vix tandem acciderit Theodorum Lascarim annos iam triginta natum imperatorem renunciari. clarior vero lib. 4. cap. 2: ἐντεῦθεν εἰς Νικαίαν αὐτὸς ὑποστρέφει. αὐτὴ γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασιλείον μετὰ τὴν τῆς Βυζάντιδος ἄλωσιν. inde Nicaeam rediit, quae regia sedes imperatorum Romanorum post captam Byzantium fuit. Nicaea enim Choniatis in Annalibus Theodorum Lascarim in Asia regnasse scribit duobus in locis: ὁ δὲ Λάσκαρις Θεόδωρος ὡς γένοι εὐπρεπέστατος καὶ κηδεὶ βασιλείῳ περιδοξός, ἀποκοροσάμενος ἐκεῖνον, τὸ ἐρυθρὸν πεδίλον ὑποδύεται καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑφ' ὧν τῶν ἑσίων ἀναγορεύεται πόλεων. Theodorus Lascaris genere nobilissimus et imperatoris affinitate clarus, illo repulso [Manuele Maurozome] calceos purpureos induit et a cunctis urbibus provinciarum Orientalium imperator proclamatur. et infra: κατὰ δὲ τὴν ἔω Προουσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς Ἀνδοῖ τε καὶ οἱ Φιλόμολποι καὶ Σμύρνη καὶ Ἐφέσος καὶ τὰ μετὰ τούτων κείμενα Θεοδώρῳ προσανείχον τῷ Λάσκαρι. in Oriente vero Prusaei et Nicaeenses, Lydi et Philomolpi, Smyrna et Ephesus, quaeque regiones illas interiorum urbes, Theodori Lascaris partibus adhaerebant. nescio igitur cuius auctoritate fulti Sethus Calvisius, in prima editione suae Chronologiae, quam postea correxit et ampliorem reddidit, et post eum Christophorus Helvicus dixerint Lascarim Adrianopoli regnasse; imprimis vero Calvisium demitor, qui Nicephorum auctorem citat. non extra rem erit si Lectorem moneamus populum illum qui Φιλόμολποι hic vocantur, apud nullum Geographum reperiri; et procul dubio error est librariorum, et forte ex duobus Φυλακήσιοι καὶ Ἱεροπολῖται coaluit vox Φιλόμολποι. Phylacensii autem et Hierapolitae populi sunt Phrygiae maioris, qui Lydiae, cui Theodorus Lascaris imperavit, finitimi et contermini sunt.*

P. 13, 2. Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης] Nicephorus Gregoras lib. 2. cap. 1: *ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ [Λάσκαρι] παρερρήσαν ἔτη, καὶ τὸν παρόντα βίον ἀμείβει, διαδοχῶν τῆς βασιλείας καταλειπῶς τὸν ἐπὶ θυγατρὶ Εἰρήνῃ γαμβρὸν Ἰωάννην τὸν Δούκαν. cum annos 18 Lascaris in imperio egisset, ex hac migravit vita, successore relicto Iohanne Duca, V. 167 qui filiam eius Irenem uxorem duxerat. sed sedem habuisse Iohannem Batatzam seu Vataciam Magnesiaie potius quam Nicaeae, non constat ex illo loco. cap. 6 ait Iohannem lu-*

strata Macedonia et Thracia per aestatem Nicaeam recessisse et in hyberna militem dimisisse, et cap. 12 Iohannem aedificasse Magnesiae templum ὄνομα τῆς Θεομήτορος Σώσανδρα καλούμενον, aliudque ἐπὶ τῆς Νικαίας εἰς ὄνομα Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. hic Vatacia Didymotoeche oriundus erat, et Protovestiarii dignitatem adeptus a Lascari gener adscitus est. Georgius Logotheta in Chronico.

P. 13, 4. Θεόδωρος Λάσκαρις ἔτη δ'] Hic Theodorus iunior senioris ex filia nepos, annos 33 natus erat, quando fasces imperii suscepit. anno enim quo pater ipsius Iohannes P. 210 imperator designatus fuit, natus est Theodorus, ut scripsit Gregoras lib. 2. sub finem.

P. 13, 5. Ἰωάννης Λάσκαρις] Hic filius Theodori iunioris fuit, cui pater moriens Arsenium patriarcham et Muzalonem protovestiarium tutores dederat, ut res imperii administrarent, donec Iohannes, qui sexennis solummodo erat, adolevisset. Muzalo, dum funus Theodori effertur et Magnesiae in magno templo Sosandrio defuncti commemoratio agitur, ad ipsam sacram mensam ab irruentibus militibus confoditur. Arsenius deinde patriarcha rerum usu ac consilio destitutus Michaellem Palaeologum in imperatorem coronat, ea conditione ut adulto Iohanni imperio cedat seque abdicet. Michael coronatus Iohannem custodiendum Magnesium mittit, tandem que excaecat, hocque scelere ineptum ac inhabilem imperio reddit. Niceph. Gregoras lib. 3 sub finem, et lib. 4. Georgius Phranzes lib. 1 capp. 3 et 5. Michael Palaeologus ex gente antiqua et nobilissima oriundus erat, quam, ut ex aliis Petrus Bizarus refert lib. 1 de bello Veneto, ex Italia adeoque Viterbo ipso, *Hetruriae civitate haud sane ignobili, quae olim Veiusa nuncupata tanquam trium urbiuum septa vel moenia in se complectens, originem traxisse nonnullis placet.*

P. 13, 7. ἐξώσθησαν καὶ οἱ Αὐτῖνοι τῆς πόλεως] mundi anno 6768, Christi 1260, Iulii 25. Refertur debet haec temporis nota ad annum 1 imperii Michaelis Palaeologi. quippe urbs a Graecis recuperata fuit anno Christi 1262, mundi iuxta Graecos anno 6770. nam collectis annis Theodori Lascaris, Iohannis Vataciae, Theodori et Iohannis annis tribus fit summa annorum 58; qui cum additi fuerint annis 1204, exhibebunt annum 1262, quo Iohannes, cui imperialis corona nunquam imposita fuit, a Palaeologo Michaeli excaecatus et imperio pulsus est, et Latini urbe exacti sunt. libro etiam 4 Gregoras de urbe recuperata per Caesarem Strategopulum verba faciens notat, δύο ἐξῆς ἠνύετο ἔτη ἀφ' οὗ τῶν τε βασιλικῶν θρόνων ἐγκρατής ὁ Μιχαὴλ ἐγγύονει. quo igitur anno urbs capta est, iam duos in imperio annos integros Michael exegerat: unde constat ipsum clypeo insidentem imperatorem

proclamatum esse anno 1260. Phranzes cap. 4 lib. 1 dynastiam Francorum annos 59, menses 3, dies 4 Cpoli durasse ait. Georg. Logotheta in Chron. Cpolitano sub finem ait urbem a Latinis captam anno 6712, et eam tenuisse annis 58. recuperatam anno 6769, Indict. IV. in quo sibi non constat: nam mensis Iulii 25 captam ait Cpolim a Graecis post annos 58; qui additi cum fuerint annis 6712, dabunt annos 6770 et Indictionem V. transcriptoribus fortasse hic error imputandus est, non Logothetae.

P. 13, 16. μετὰ δὲ τὸν Μιχαήλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀνδρόνικος] Sub Michaelae Palacologorum primo coeperunt Turci provincias Asiaticas, quae imperatoribus Cpolititanis adhuc parebant, vexare ac perpetuis atrocibus vastare. Gregoras lib. 5 et lib. 7 c. 1 statum provinciarum Asiae talem fuisse narrat. *κατέσχον ὁ μὲν Καρμανὸς Ἀλισούριος τὰ πλεῖω τῆς μεσογίου Φρυγίας, καὶ ἔτι τὰ μέχρι Φιλαδελφίας, καὶ τῶν ἐγγύστα πᾶντων ἀπὸ τῆς περὶ Μαίανδρον ποταμὸν Ἀντιοχείας. τὰ δὲ ἐκεῖθεν μέχρι Σμύρνης καὶ τῶν ἐντὸς παραλίω τῆς Ἰωνίας ἕτερος ὄνομα Σαρχάνης. τὰ γὰρ περὶ Μαγνησίαν καὶ Πιρίην καὶ Ἐφεσον φθάσας ὑφέλειτο σατραπείης ἕτερος ὄνομα Σωσάν. τὰ δὲ ἀπὸ Αἰολίδος ἄχρι Μυσίας τῆς πρὸς τῇ Ἑλλησπόντῳ ὃ τε Καλάμης λεγόμενος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ Καρασῆς. τὰ δὲ περὶ τὸν Ὀλυμπον καὶ ὅσα τῆς Βιθυνίας ἐστὶν ἕτερος ὄνομα Ἀτιμάν. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σαργαρίου μέχρι Παφλαγονίας μεμερισμένως εἰς τοὺς Ἀμουρίου διέβησαν παιδας. Caramanus itaque Alisurius maximam Phrygiae mediterraneae partem occupaverat, et Philadelphiam atque etiam Antiochiam ad Maeandrum usque omnia diuioni suae subiecerat. quae vero regiones ab illis locis ad Smyrnum et Ioniae maritima pertingunt, alius Sarchanes appellatus illis dominabatur. Sasan etiam qui vocabatur, satrapa Magnesian, Prienen et Ephesum [Romaeis] eripuerat. Calames eiusque filius Carasis ab Aeolide usque ad Mysiam Hellesponto adiacentem regnabat. Bithyniam et quae Olymponi monti circumiecta sunt alius nomine Atman obtinebat. a Sangario tandem fluvio Paphlagoniam usque Amurii filii inter 2 regionem partiti erant. qui nostro Carmian appellatur, Gregorae est Caramanus Alisurius. Sarchanem et Carasim uterque habet. pro Othmane Gregoras legit Atman. Sasanem noster, ut et Amurii seu Homuris filios, nescit. Gregoras Mantachiam ignorat, etiamque Atinen. Laonicus Chalcocondylus lib. 1 de Reb. Turc. non longe ab initio, lib. etiam 2 hos duces fuisse Aladinis Selzuccii, qui sedem imperii Iconii habuerat, ministros asserit. quique Laonico est Aedines, nostro vocatur Atin, et qui illi Mendesius, nobis est Mantachias. Phranzes lib. 1 cap. 26 hos duces enumerat ut*

Gregoras, eademque distiones attribuit. Leunclavius in Pandectis historiae Turcicae num. 13 duces istos aliter enumerat, ita ut in tanta varietate auctorum nomina illa ducumque numerus in incerto aliquatenus maneant, Asiae statu interim misero imperiique vastatione pro compertis habitis. Cantacuz. l. 2 c. 29 Atinis sive Aetinis filios ait fuisse *Χετήρ* καὶ *Ἀμούρ*, id est, Cheterem et Homurium. Carasem vero Phrygiae regulum tradit lib. 5 c. 82.

P. 13, 21. *Μαγεδῶν ἐπαρχίας*] Valde probabile est Magedi vel Magidi praefecturam hic vocari, quae in ms. Notitia Episcopatum Cp. dioeceseos sub Sardium metropolita legitur ὁ *Σετῶν ἦτοι Μαγίδου*, sub Sylaeo etiam sive Pergaeo metropolita Pamphyliae secundae habetur in eadem Notitia *Μαγύδου* Episcopatus, sed in alio exemplari legitur *Μαγύδου*, quae ab alia differt. haec secunda forte illa est quam Nagidon appellat Leunclavius, et Turci Nigde. Magydum habet in Pamphylia Ptolemaei interpres, textus Graecus *μάτυλον*, non longe a Cestri fluvii ostiis. Nagidon non habet Ptolemaeus. Stephanus de urbibus *Νάγιδος πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας*, ubi citat Hecataeum. estque eadem cum Matylo. Casaubonus in Strabonem lib. 14 in his verbis *τοῦτο δὲ ὅστις Ἄγιθος πόλις* ex Stephano corrigit et *Νάγιδος* legit.

P. 13, 22. *ἀπὸ Ἀσσοῦ*] Assus urbs ad Propontidem in littore Asiatico, quam Strabo lib. 13 a Methymnaeis conditam scribit, teste Myrsilo: *φησὶ δὲ Μυρσίλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἀσσοῦν*. Stephanus de urbibus duas facit Assos, unam in Lycia *πλησίον Ἀτάρνης*, alteram in Aeolide ad Hellespontum. hic obiter notabimus Stephanum errasse, dum Assos duas facit primamque in Lycia collocat Atarnae vicinam, in Lycia siquidem Atarna sita non est, ut ipse scribit, sed in Mysiae et Lydiae finibus, *Ἀτάρνα πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας*. Strabo quoque lib. 13 Atarneam habet prope Assum; nec ipse nec Ptolemaeus Assum in Lycia ponunt. Notitia Episcopatum sub throno Constantinopoleos habet *Ἀσσοῦν* sub Ephesino metropolita.

P. 14, 5. *μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον ἐβασίλευσε Μιχαήλ*] Hic V. 168 auctor noster male ac perperam scribit Michaellem in imperio successisse Andronico patri: simul namque pater et filius regnarunt; et Michael anno 6829, Christi 1320, Octob. 12. die dominica ante patrem obiit, accepto Thessalonicae nuncio Manuelem secundo genitum filium ab Andronico natu maiore, quem eius frater Manuel in meretricis, cum qua consueverat ille, domo quaerebat, occisum fuisse, cum quis esset Andronici satellites ignorarent, rivalemque esse suspicarentur. de quibus adeundus Gregoras lib. 8 in principio.

Cantacuzenus lib. 1. hist. cap. 1 generis mortis nullam mentionem facit, quo Manuel extinctus est. diligenterque admadvertendum dissidii causam inter Andronicos avum et nepotem orti, quo mutuis odiis certarunt, in avum a Cantacuzeno transferri; et Gregoram ab isto, utpote scriptorem mendacem, asperis aliquando verbis castigatum esse, quod ipse scripsit Cantacuzenus lib. 4 capp. 24 et 25. cui tamen potior fides hac in re adhibenda sit, nescio. nam Cantacuzenus cum iuniore Andronico a puero educatus adoleverat, inter huius fidissimos ac maxime familiares semper numeratus, ita ut ab eo ad dignitatem usque imperatoriam, tutoris munere cohonestatus, proventus fuerit, quapropter non levi suspicione perstringendus venit, actis et gestorum ab Andronico iuniore memoriae nimio studio indulgens et consulens, dum Andronico seniori aequum minus forte se praebet.

Phranzes Protovestiarius lib. 1 cap. 10 sub finem tradit Andronicum senioremem cum Michaelē regnasse annos 45, et Andronicum iuniorem coepisse anno mundi 6836, qui fuit Christi 1328. Gregoras lib. 8. notat Andronicum iuniorem coronatum fuisse Februarii *ἡμέρα δευτέρα τῆς οὐδῆς ἰνδικτιονος*, haec Indictio VIII congruit cum Christi anno 1325. ita ut hic auctor noster, annos imp. Andronici eiusque F. Michaelis dum numerat 43, terminum istum incoronationis iunioris Andronici respiciat, quae anno 1325, Februarii die 2, Indict. VIII peracta est. quibus etiam consentit Cantacuzenus lib. 1 cap. 41. post quam incoronationem nepotis Andronicus avus annos 3 in imperio adhuc vixit, ita ut totos annos 46 cum filio et nepote regnaverit, quos 45 solummodo numerat Protovestiarius, anno siquidem 1328 nepos solus imperio potitus est. Christi deinde anno 1330 senior Andronicus ad vitam monasticam a nepote invitatus cogitur, ut ait Gregoras; inque monasterio mutato nomine Antonius appellatus biennium vixit, summaque rerum necessariorum inopia pressus anno demum 1332 obiit. Cantacuzenus lib. 1 cap. 16 Andronicum senioremem ad vitandas insidias, quas sibi aliquos struere tyrannidem affectantes suspicabatur, sponte monasticam vestem induisse asserit: aerumnis ac miseris collicitantem obiisse silentio transmittit, ne sibi dedecus accersat et Andronico iuniori invidiam et odium conciliet, quandoquidem praecipuum inter consiliarios huius Andronici, apud quem prae ceteris gratia potentiaque valuit, habitum esse notum sit. hic Andronicus ad vitam privatam coacto avo solus regnavit ab anno 1328 ad annum 1341, Iunii diem 15, orbis conditi 6849, ita ut annos 13 imperaverit. notandum etiam Andronicum senioremem anno aetatis suae 74. fato concessisse; ex quo vero imperium adsecutus fuerat, anno 50, ut

adnotavit Gregoras lib. 9 monodia in eum scripta, et in eo cum aliis convenit. tradit praeterea ipsum vivente patre, Michaelae Palaeologorum primo, imperatorem designatum et appellatum esse, quod contigit circa annum 1281. Michael secundus Palaeologus Andronici F., tradente Cantacuzeno lib. 1 cap. 1, anno mundi 6829 Octobris 12 vitam cum morte commutavit, id est, anno Christi 1320, non vero 1321, ut in editione Parisiensi typographiae Regiae in margine adscriptum est. at ex Niceph. Greg. in lib. 7 calce annus alius colligi potest. narrat quippe Iohannis Glyci patriarchae anno 2 vehementi Borea flante crucem e manibus statuae aeneae, quae columnae imposita ante vestibulum templi S. Sophiae stabat, excussam fuisse anno mundi 6825, id est, anno Christi 1316 a Kal. Septemb. ad eandem Kal. anni 1317. paulo post dicit Irenen ex Alemania Andronico iuniori avum despondisse, Michaellem deinde imperatorem Thessalonicam abiisse, et anno ibi exacto rebus humanis exemptum esse. ex quibus annum orbis 6827, Christi 1319 concludere possumus. veruntamen Cantacuzeno, qui annum et diem adscripsit, adhaerebimus.

P. 14, 5. *μετὰ δὲ τὸν Ἀνδρόνικον Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος*] Andronicus iunior filium suum quem ex Anna, nostro Alemana, Cantacuzeno e Sabaudia, aliis Pannonia, susceperat, imperii heredem reliquit. Iohannes Andronico nascitur post avi Andronici obitum anno 6840, Christi 1332, Iunii die 18, ut adnotavit Gregoras lib. 10 cap. 3. obiit autem Andronicus iunior anno mundi 6849, Christi 1341, ita ut impubes admodum esset Iohannes, annum agens cum imperium adeptus est nonum; quod etiam fuisse tradit Cantacuzenus lib. 3 cap. 2. quamobrem pater moriens rebus imperii admini- P. 213 strandia tutorem testamento dedit hunc Iohannem Cantacuzenum magnum domesticum, historiae iam saepius allegatae auctorem, virum equidem Gregorae et nostro laudatum, Phranzae affectati regni suspectum, et quod voluerit ad liberos suos imperium transferre insimulatum. legendum Phranzes lib. 1. cap. 13, 14 et 15. illum Cantacuzenum tanti fecit Andronicus iunior, ut testamento suo, quod anno Christi 1330 gravi morbo decumbens condidit, praeteritis in illo Andronico avo adhuc superstite nondumque monacho, matre etiam sua Xena, tutorem eum posthumo filio suo daret, si ex Anna uxore sua tunc praegnapante nasceretur. nec etiam omittenda sunt, quae a Codino Curopalate de Andronici erga Iohannem Cantacuzenum benevolentia et amore referuntur lib. de offic. Palat. Cpolit. *ἐποίησε τὸν μέγαν δομέστικον Καντακουζηνὸν Ἰωάννην, ὃς ἐγγόνει καὶ βασιλεὺς, ἰσοστάσιον τῷ πατρὶσεβούστῳ.* magnum domesticum Iohannem Canta-

cuzenum, qui postea imperavit, aequalem summo panhypersebasto reddidit. paucisque lineis interiectis post Andronici senioris obitum ab hoc iuniore Cantacuzenum honoribus auctum esse narrat: *ὑπερέχοντα πάντων ἐποίησε, τῶν μὲν τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀνεψιῶν, ἐαυτοῦ δὲ θεῶν, τῶν ἐτέρων τε πάντων, τοῦ πανκυρσεβάστου, βεστιαρίου. ἦν οὖν οὗτος ἐνταῦθα ὁ μέγας δηλύδη δομέστικος μετὰ τὸν Καϊσάρην. supra ceteros eum extulit, avi sui imperatoris nepotibus suisque avunculis veterisq; summo panhypersebasto et vestiario dignitatis ordine anteposuit, haecque sanctione secundus erat a Caesare magnus domesticus.*

P. 14, 8. *ἐν τῷ αὐτοῦ ἐπι. ἡρξάντο οἱ Τούρκοι*] Haec Turcorum in Europam irruptio prima est sub auspiciis Oguziorum sive Othmanidum, regnante Orchane sive Urchane: antea enim in Europam transierant Turci, a Catelanis bellum Andronico seniori et Michaeli eius F. inferentibus evocati, ut lib. 8 Hist. Rom. narrat Gregores, et post eum Laonicius lib. 1. transierunt etiam Turci paulo post annum 1300, eodem Laonico teste lib. 1. huius quoque Turcorum in Europam expeditionis meminit idem loco citato, verum iam defuncto Orchane et Suleimane eius filio regnante. nostro tamen consensit Turcorum narratio a Leuclavio adducta lib. 4 Hist. Musulmanicae; et Phranzes lib. 1. capp. 15 et 27; quibus potior fides habenda est. adnotatur autem ille transitus, quoniam Turci tunc primum sedes in Europa fixerunt, occupata Callipoli anno iuxta Annales Turcicos 758, Christi 1357. Coepit annus Heg. 758. anno 1356, Decemb. die 25 dominica, Cyclo solis 21 litteris C B, Iohannis Palaeol. a. 16. Matthaeus Villanius Hist. Florent. lib. 6 c. 29 transitam Turcorum accidisse ait anno 1356.

P. 14, 14. *ἄχρι Διδυμοτείχου*] Didymotoechus oppidum Thraciae, quod Hebrus alluit. Nicetas Choniates duobus locis illius meminit: *καὶ ἑαγδαίως βροχῆς θεόθεν ἀφορισθείσης ἐν τοῖς ἀνόκιν τοῦ Διδυμοτείχου μέρεσιν, ὃ τῆ φρονερίῳ παρσίῳ Ἐδρος διευρηθείς ὑετῶ etc. imbre subito ac impetu cadente in locis supra Didymotichum sitis, qui oppidum alluit Hebrus, undas dilatavit.* Turcis Dimotiac.

P. 14, 15. *ἄχρι Σηλυμβρίας*] Stephanus: *Σηλυμβρία πόλις Θράκης. κέκληται δὲ ὑπὸ Σήλως. Βρία γὰρ κατὰ Θράκας ἡ πόλις. Selymbria Thraciae urbs. nomen a Selye trahit: Bria enim Thracibus urbs dicitur.*

P. 14, 18. *ἐκ τῶν Ναυάρρας ἀφικομένων Φράγγων*] Franci ex Navarra sunt ii quos alibi Catelanos appellat, qui Hispaniam Tarraconensem habitant, illa Genuensium expeditio ab Augustino Nebiensi, Uberto Folieta et Petro Bizaro facta adnotatur anno Christi 1346, quo Simone Vignosio duce Genu-

enses Chium, Smyrnam et Phocæam utramque dominio suo adiecerunt. idem testatur Iohannes Villanius Hist. Florent. lib. 12 cap. 169: *l'anno 1546 el simile feciono all' isola del Silo in Arcipelago di Romania, e quella presono, e sonne signori, e tolsolla a' Greci; ove nasce la mastica, la quale è di grande frutto e rendita.* non video autem quare Navarros hoc loco adducat: nisi quia illis temporibus Petrus IV Arragoniæ rex Philippi III Navarrae regis filiam Mariam an- P. 214 no 1354 uxorem duxerat. rex Navarrae seu Vasconiae his foederibus nuptialibus urbes aliquot Arragonio concesserat, vicissimque Arragonius illi; propterea Navarri seu Vascones Arragonensibus iuncti atque Catelanis in Orientem profecti sunt. tunc etiam Vascones in illis expeditionibus Catelanis ultro magis se adiunxerunt, quod in regni successione Maria sorori suae Iohannae praelata esset, si Philippo patri mascula proles decesset. Genealog. Dom. Francicae clarissimorum virorum fratrum Sammarthanorum lib. 22. Mariana lib. 16 cap. 4 hist. Hispanic.

P. 14, 22. Cap. 3. *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἔτι ἐτεθνήκει ὁ προρηθείς Ὀρχάν]* Duæ sunt de anno obitus Orchanis opinioniones. alii e vita migrasse volunt anno Hegiræ 759, id est, Christi 1358. nam coepit annus 759 anno 1357, Decemb. 14, feria 5. et ita Calvisius sentit. Leunclavius sub finem lib. 4. aliam sequitur, quæ mortuum Orchanem asserit anno 760, qui coepit anno 1358, Decembris die 3, feria 2. Annales Turciaci adnotant post captam Callipolim Suleimanem inter venaadum equo lapsum humi tam graviter afflictum fuisse ut statim expiraret, et duobus mensibus ante patrem obiisse. quæ narratio non consentit illis quæ infra cap. 10 Ducas noster narrat, deletum scilicet exercitum Turcorum a Matthæo Cantacuzeno, et Suleimanem occisum, antequam imperio cecisset Iohannes Cantacuzenus, id est, ante annum 1355.

P. 15, 2. *τὴν Ἀδριανούπολιν ἔσχε]* In margine adiecit annus ex Leunclavii hist. Musul. lib. 5, Hegiræ 763, Christi 1362. at Annales referunt ad annum 761, id est, Christi 1360, quem annum Calvisius retinuit.

P. 16, 12. *συλλαμβάνεται οὖν ὁ Λάζαρος]* Laonicas lib. 1 sub finem hanc Serviorum infelicem expeditionem clademque acceptam narrat secundum Graecorum sententiam, huius nostri narrationi paucis mutatis prope similem; Lazarumque Eleazarum appellat, Moratem peremptum inter praeliandum tradit: at Phranzes a Lazara necatum fuisse scribit. nomen istius qui Moratem occidit, Miloës traditur a Laonico: Milos Cobilitzius appellatur a Leunclavio, Milos Cobilik Lazari despotæ gener a Mauro Orbino. Lazarus ille, ut hic Orbinius in Slavorum historia scribit, partem imperii defuncti Stepha-

ni Cralis seu imperatoris occupavit, alii alias, cum Uroscus Stephani F. ignavia ac desidia tempus transigeret. hic Lazarus primus fuit Serviae despota e familia Privazia sive Prizazia. pugna porro illa commissa est in campo Cossovo anno Hegirae 791, Christi 1389, non vero anno 1590, ut vult Leunclavius in Pandectis Turcicia cap. 54. annus enim 791 coepit anno Christi 1388, Decemb. 30, fer. 4, cyclo solis XXV, litt. E, D. propter occisum vero ex insidiis Moretem, morem ac consuetudinem inde manasse ait Leunclavius ut nullus legatus Sultanum accedat, nisi a duobus Capigis brachia complectentibus ducatur. ex parte verum esse concedatur: honoris nihilo minus gratia id etiam nunc fieri constat; et anno 1647 Vezir - Azemum seu primum Vezirum palatio suo egredientem rursumque illud ingredientem vidi, duorum famulorum manibus brachia complectentium sublevatum. eodemque modo Genitzerorum Agam seu praefectum, qui eandem Vezirum conveniebat, duorum famulorum manibus sublevatum incedere adspexi. hic Lector monendus est falli Leunclavium lib. 6 hist. Musulm. quando mensae Iunio Ramadan celebratum esse ait anno Hegirae 791: neomenia enim huius mensis Ramadan ieiunii Turcorum eo anno incidit in Augusti diem 24 anni 1589 aerae Christi.

P. 215 P. 17, 5. ἀγροῦντος δὲ Σαβουζίου] Conveniunt inter se historici de Baiazitibus ad imperium evectio. Ducas excaecatum fuisse prodit Sabuzium, Laonicus et Phranzes strangulatum asserunt. Leunclavius lib. 5 eodem mortis genere perisse scribit et Baiazitem Gilderum, nostro Iltrim, quod nomen *fulmen* interpretantur, natu maiorem; fratremque illius lacupem Zelebim natu minorem fuisse. Laonicus Suleimanem fuisse natu maiorem, Baiazitem vero minorem tradit. Phranzes illum Musulmanum, Turci lacupem, Laonicus et Graeci Suleimanem appellant, quem Ducas Sabuzium nominat.

P. 17, 15. Cap. 4. De Baiazitibus expeditione in Asiae minoris regulos Turcos adeundi Laonicus lib. 2, Leuncl. lib. 6, et Phranzes lib. 1 cap. 29.

De Lazari despotae filia Maria, Stephani sorore, quam Baiazites uxorem duxit, non convenit cum Leunclavio noster: ille enim lib. 6 hist. Musulm. Baiazitem Bulcogii principis Christiani filiam uxorem duxisse refert; et cap. 54 Pandect. hist. Turc. in genealogia Bulcorum accuratius explicat quaeenam illa fuerit: Stephani nempe Serviorum despotae filiam, non sororem facit, et loco historiae citato adnotavit Mariam illam Serviam Baiazitem vinum bibere primam docuisse, cum Osmanidae abstemii hactenus fuissent. cum nostro faciunt Laonicus lib. 3, qui Eleazari, qui Lazarus est, filiam fuisse scribit, et a Temyre captam, non sine Baiazitibus indignatione

summa, illi pocula ministrasse. Maurus quoque Orbinus in historia de regno Slavorum illum fuisse Lazari filiam scribit, eiusque nomen Milievam fuisse prodit, eamque Baiaziti in matrimonium collocatam a matre sua Miliza Lazari vidua, ut benevolam ac pacatum eum sibi pararet.

P. 17, 24. τῶν μετάλλων Σερβίας] Illarum argenti fodinarum meminit Bonifinius D. 3 lib. 8: *Mehemetes superiorem prius Mysiam ingressus fodinas argenti, quae despotis erant, occupare V. 170 nititur. novum montem Trepciam et Prifren eius oppida, argenti metallorumque feracissima, obsidet et expugnat. Maurus etiam Orbinus in Slavorum regno: Monte nero ove il Turco hā ricchissime minere d'oro e d'argento.*

P. 18, 4. Καλλιουπόλεως καὶ Λαμψάκου] Callipolis urbs ad Hellespontum in Europa sita, a Callia Atheniense olim condita. cum a Turcis Suleimane Bassa duce Callipolis seu Calliopolis capta fuit, et tantae iacturae nuncios Constantinopolim perlatus, eo vaesaviae caeci Graeci devenerant, ut dicerent *amphoram vini a Turcis ereptam*, nec de illa arce recuperanda cogitarent. Lampsacus in Asia est, et *Lapsaco* hodie a Graecis vocatur.

P. 18, 6. Κορυαίου] Maioris Phrygiae urbs, quam Turci *Cutahige* appellant.

P. 18, 11. Λαοδικαίας] Laodicea urbs Phrygiae Cappadociae, Diospolis antea appellata.

P. 19, 2. τὸν Μαίανδρον] A Turcis *Madre* appellatur.

P. 19, 2. πρὸς Φιλαδέλφειαν] Laonicus lib. 2 refert imperatorem Manuelem per caduceatorem iussisse Philadelphiae cives ut se Baiaziti dederent ac permitterent, quibus parere renuente Baiazites obsidione cinxit, urbeque potitus est. libro etiam 6 hist. Musulm. narrat Leunclavius Baiazitem anno Christi 1390 Philadelphiam subegisse; quae per multos annos steterat, postquam ceteras Asiae urbes in ditionem suam Turci rede-gissent. Philadelphia Lydiae urbs est, Sardium metropolitae olim subdita.

P. 29, 18. Cap. 5. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης] Quae ab Orcha-P. 216 ne eiusque filio Morate gesta sunt dum Christianorum aut vicinorum Turcorum sese rebus immiscent, brevier enarravit huius historiae auctor. Baiazitis deinde initia usque ad Iohannis obitum leviter hactenus perstrinxit, ad eorum deinde narrationem regreditur, quae in aula Cpolitana et in imperio Graecorum, quibus Iohannes regnavit temporibus, acciderunt. rerum ac eventuum praecipuorum seriem exponit, et infortunia narrat quibus labantis imperii Cpolitani reliquiae, sub Andronico et Iohanne tanquam procellosis turbinibus circumactae ac iactatae, tandem perierunt. quarum ampliorem notitiam qui habere cupit, Cantacuzeni historiam et Gregorae

adest. iam diximus Cantacuzenum illum ob generis splendorem, eximias insignesque virtutes, quibus domi militiaeque claruit, a Gregora et nostro laudatum, accusatum vero a Phranze affectatae tyrannidis et in Iohannem perfidiae. his de obiectis sibi criminibus passim in historia, quam scripsit, purgat se Cantacuzenus, omnemque suspicionem a se, quantum potest, amolitur. quicquid sit, coronam imperialem sibi et uxori bis imponi voluit, Matthaicum liberorum suorum primogenitum despotam designavit calceosque purpureos induere iussit, Manuelem natu minorem Spartae despotam proclamavit; ita ut viam ad imperium sibi suisque usurpandum ac retinendum sternere voluisse videatur. ut vero inceptum emitteret, vires, quibus instructus erat, infirmae ac fluxae, rerum imperii perturbatio, quae attritae in peius quotidie ruebant, atque imminetia a Turcis pericula suaserunt.

P. 20, 5. ἡβούλετο δὲ Καντακουζηνὸς κηδεστής αὐτοῦ γενέσθαι] Phranzes lib. 1 c. 12 tradit Andronicum morti vicinum mandatis supremis praecipisse ut filius suus ac heres Iohannes filiam Cantacuzeni uxorem duceret, quam ob causam potiori iure affinitatem illam contractam Cantacuzenus cupiebat. verum senatorii ordinis huic adversata est sententia, in quam Annam adducere haud difficile fuit, rerum quippe summa ex testamento Andronici iam potiebatur Cantacuzenus; quod Annae imperatrici Iohannis matri grave ac molestum erat. contracto deinde matrimonio illo, pluribus nitebatur munimentis tutor socerque imperatoris factus. hoc loco lectorem monemus historicum nostrum in enarrandis rebus quae sub imperatore Iohanne gesta sunt, donec Cantacuzenus monachus et anachoreta fieret, ab hoc non multum dissentire; ex quo non parum auctoritatis ac commendationis ei accedere debet, eum Cantacuzenus diligens ac iudicio praestans historicus sit. paucis indicabimus illa quae diversa apud Cantacuzenum occurrunt, qui res illas singulas amplius et exquisite magis explicatas complexus est.

Lib. 3 cap. 13 Cantacuzenus queritur se a patriarcha et Apocaucho statim post excessum Andronici petatum esse, cumque in Tribalos seu Servios, qui fines imperii populabantur, moturus esset, urbe excedit: prius vero quam abeat, imperatricem adit ei valedicturus. dum inter se colloquuntur, Cantacuzenum Anna hortatur ut ante discessum filiam suam imperatori Iohanni despondeat; quod ut faceret, adduci tunc non potuit, et sponsalia illa post reditum suum distulit. πρὶν δὲ Βυζαντίου ἐξελθεῖν γινόμενος ἐν βασιλείοις αὐτῆς ὡς συνταξόμενος τῇ βασιλίδι, τὴν θυγατέρα κηλευούσης βασιλεῖ τῷ νέῳ Ἰωάννῃ τὸν μέγαν Λομέστικον κατεγγεῖν, ἀνεβύβατο εἰς τὴν ἐπαurodon. ἐκείνος τὴν ἐκ τῆς ἰσπέρας, ἀνεquam

vero Byzantio discederet, in palatium iterum abiit imperatrici valedicturus; quae cum hortata ipsum fuisset ut Iohanni imperatori adolescenti filiam suam desponderet, id facere post reditum suum ex occidente distulit, dissentit ergo a Cantacuzeno Ducas noster, qui eum ambiisse generum sibi Imperatorem adsciscere narrat, eumque repulsae impati- P. 217 entem invidiaque procerum se peti animadvertentem Cpolim deseruisse.

P. 20, 15. εἰς Ἀλαμανῶν ἦν] Ducas eam ex Alemania fuisse dicit; quod fortasse Sabaudiae comites imperio subditos esse sciverit; vel quod eadem regione ortam ac imperatricem ex ducum Brunavicensium prosapia, Annam Andronici senioris uxorem, crediderit, verum Cantacuzenus ipsam ex Sabaudiae comitibus ortam asserit. quod confirmat Lambertus Vander-Burchius in Sabaudorum ducum principumque historia gentilitia. sed illam vocat Iohannam. sic itaque ille: *Iohanna uxor Andronici Palaeologi imperatoris Byzantini, Amedei IV Sabaudiae comitis VIII et Iohannae Brabantinae filia.* Gregoras lib. 8 c. penult. appellatam fuisse Annam mutato nomine tradit.

P. 21, 7. πρὸ θανάτου τὴν σκώτωσιν] Excaecationem ut vitet' monent: verosimile enim est ipsam excaecandum fuisse, si tunc captus fuisset, ut imperio ineptus redderetur; ipseque Cantacuzenus lib. 4 sub finem genero suo Iohanni gratias agit, quod Matthaeum Cantacuzenum filium non excaecaverit: hic enim imperium affectabat, et regnante patre Cantacuzeno despota designatus fuerat. Theophylactus Simocatta hist. Mauricianae lib. 4. cap. 6 de excaecato Hormisda Persarum rege a subditis suis verba faciendo hisce exponit, *νύκτα κατ' αὐτοῦ τὸ λοιπὸν διὰ παντὸς ἐψηφίζοντο, nocte perpetua eum damnarunt*, ne ut Cabades olim aufugeret et contumelias sibi illatas ulcisceretur.

P. 21, 9. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ] In Cantacuzenum, dum Cpoli abest reipublicae causa, invidia et odio accensi patriarcha et Apocauchus coniurant, et ut hostem proscribunt, hincque praefectus urbi creatus est. Cantacuzenus lib. 5 cap. 22: *Ἀποκαυχὸν δὲ τὸν παρακοιμώμενον ἄρογῳ Βυζαντιῶν ἀποδείξαντες ἐκέλευον τὸν πόλεμιν κινεῖν ἔθεν ἐν αὐτῷ δοκοῖη βέλτιον.* Apocauchum vero accubitorem Byzantii praefectum creantur, iusseruntque in quascumque partes, prout ipsi e reipublica visum erit, bellum movere. quisnam fuerit V. 171 iste Apocauchus, et unde ortus, discimus a Cantacuzeno lib. 5: *οὗτος γὰρ δὴ ὁ παρακοιμώμενος ἐκ Βιθυνίας ὠρηγμένος καὶ ἄσημος ἐκ φαύλων φύς, τὰ πρῶτα μὲν ἐπεγραμμάτευσε πολλοῖς τῶν τὰ δημόσια χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγον ἕνεκα μισθοῦ.* hic accubitor [Apocauchus] ex Bithy-

nia profectus, inglorius parentibusque vilibus et obscuris natus, primum quidem operam suam mercede tenui vectigalium redemptoribus ad scriptum faciendum locavit. vocatur etiam a nostro ἀγενής και ἀνανδρός. fortuna tamen usus secunda ad praecipuas palatii dignitates proventus est, ita ut magnus dux creatus sit.

P. 21, 13. μαδών τούς τόν Καντακουζηνόν] Noster historicus semel in carcerem compactos Cantacuzeni amicos indicat: sed hic historiae suae libro tertio capp. 36, 87 et 88 saepius in carceratos fuisse queritur. his vero duobus postremis capitibus de constructione istorum ergastulorum loquitur, et de nece Apocaucho illata. cap. 87 sic narrat: *δεσμοκτήριον δὲ ἦ τοῖς βασιλείοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καινὸν ποιεῖν δινοεῖτο. οἶκον γὰρ ὄντος ἐκεῖ μεγάλου Ἰουστινιανείου προσγορευομένου, τὴν στέγην ὑπὸ τοῦ χρόνου διεφθαρμένον, κῆσαν εἰσοδὸν ἀναφράζας, οἰκίσκους ἔνδον ἐκείνου πλείους διαλεῖν ἐφ' ἑκατέρῳ μέρει, καὶ τούτοις κατακτεῖσαι τοὺς δεσμώτας ἀνωθεν καλωδίους καθιείς, ὥστε νυκτὸς μὲν τοῖς οἰκίσκοις χρῆσθαι, ἡμέρας δὲ πρὸς μετρίαν ἀνεσιν τῆ ὑπολειμμένῳ μεταξὺ χωρῆν. carcerem novum in Constantini magni palatio extruere cogitavit; in quo domus ampla de Iustiniani nomine appellata stabat, cuius tecta temporis lapsu diruta erant, aditibus omnibus praeclusis, intra illius parietes tuguriola plurima a se invicem separata ex utraque parte aedificare volebat, in quae per superius ostium carcerati funibus demitterentur,*

P. 218 in hisque totam noctem agerent; per diem vero in area levandae aegritudinis causa deambulare iis liceret. quomodo vero interemptus fuerit Apocaucus, sequenti capite 88 narrat eodem fere modo quo Ducas noster. alia vero Cpoli gesta sunt, quae recenset Cantacuzenus, ex quo Apocaucus praefecturam urbis inivit, ad ipsius caedem per incarceratos illos patratam. statim namque praefectus urbi creatus Apocaucus aliquos Cantacuzeni amicos interfecit, aliquos in vincula coniecit; quo territi alii ad hunc aufugerunt, et hortantur ne longiores moras nectat, imperatorisque nomen et insignia quanto celerius sumat; quorum monitis tandem paruit, et ornamenta imperatoria induit, quae cum ad Annam et senatum Cpolitianum allata essent, iis placuit Iohannem imp. Palaeologum coronari. Apocaucum porro auctoritate sibi concessa per superbiam ac proterviam abutendo, Cantacuzeni matrem diris ac inhumanis modis in carcere vexat; quae febrim tandem correpta, medicorum ope alimentisque opportunis immanitate saevissima ei negatis, anno 6850, Christi 1342, Ianuarii die 5 diem obiit. his peractis ad Serviae seu Triballorum Cralem Stephanum Cantacuzenus abit, et iunctis cum eo foederibus auxilia sibi parat, ubi dum moratur, Atinis seu Aidinis F. Amur sive

Homur superato Hellesponti freto Didymotoechum advolat, ei opem laturus; qui a Cantacuzeno humane ac magnifice excipitur, et per longum tempus frustra expectato Cantacuzeno in Asiam revertitur, unde ab illo evocatus opem fert, et auxiliares copias ei adducit. cum vero Smyrna a Latinis capta fuisset, eam oppugnaturus Amurius abit, frustra tentat, imperatrix ad Orchanem auxilia rogatum legatos mittit et foedus cum eo init; quod Cantacuzenus Orchane in partes suas tracto interrumpit; iterumque Amurium ut sibi opem ferat accersit, Apocauci deinde consilium de extruendo carcere secutum est, et caedes illius ab incarcerationis patrata.

P. 22, 16. ἐκ γένους Ραούλ] Unde genus duxerit Raulus ille, non mihi constat, cuiusdam eiusdem nominis mentionem facit Gregoras lib. 6 duobus in locis, qui a Muzalone relictam Theodoram, Michaelis imperatoris ex eius sorore Eulogia neptem, uxorem duxit: *γυνή δὲ πρότερον τοῦ Μουζάλωνος τοῦ πρωτοβεστιάριου, ὕστερον καὶ τοῦ Ραούλ πρωτοβεστιάριου καὶ αὐτοῦ γενομένου.* et infra refert Constantinum Porphyrogenitum Rauli filiam uxorem duxisse. Phranzes lib. 3 c. 23 et 25 Georgii Rauli viri nobilitate generis eximii meminit, qui num ex eadem gente ortus fuerit non mihi constat.

P. 23, 8. ὁ πατὴρ πατῆρ] Ex hoc loco discimus historiae huius auctorem ex Ducarum antiqua gente originem paternam duxisse; ex qua imperatores aliquot orti sunt, Constantinus Ducas, Michael, Alexius Murzuphlus dictus, et quartus Iohannes Vatacia cognominatus; si tamen hic ex eadem gente ortus sit, quem Didymotoecho oriundum ex Georgio Logotheta supra ad cap. 3 didicimus.

P. 24, 7. Cap. 6. Quae hoc capite Ducas enarrat, videntur potius ante Apocauci mortem quam postea accidisse, anno nempe 6850, Christi 1342, quo tempore Iohannes imperator Palaeologus annos X natus erat, cui aetati impuberi conveniunt verba illa *ἡ ἀρχὴ ἐν ὑπομυζίῳ* etc. post mortem enim Apocauci non longo tempore Cpolim ingressus est Iohannes Cantacuzenus anno 6855, Christi 1347, quo tempore Palaeologus annos fere XV natus erat, nec amplius puer lactens balbutiensque appellari poterat.

P. 25, 1. τότε ὁ Καντακουζηνός] Hortatu suorum amicorum imperatoria ornamenta induit Cantacuzenus, crepidas sericas coccinei seu purpurei coloris, quae insignia fuerunt ab imp. Cpolitano usurpata. Zonaras tom. 3 de Basilino quodam remige imperatoriae triremis Michaelis Theodorae filii mentionem faciendo, *ἔδιδου αὐτῷ τὰ φοινικόχρσα πέδιλα, καὶ προσέταττεν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλεῖα ἀνεῖπε.* dedit ei (id

est Michael imperator Basilino) *purpureos calceos, et induere praecepit, eumque imperatorem appellavit.* Nicetas Choniates in Annalibus duobus locis, primo cum Alexius Comnenus Iohannem filium suum successorem designat: *ἐρυθρὸν τὸ οἱ πέδιλον μετέδωκε, καὶ βασιλέα ἐδέδωκε ἀναγορεύεσθαι. crepidas purpureas ei concessit, imperatoremque appellavit,* et tomo 3 de Theodoro Lascari: *τὸ ἐρυθρὸν πέδιλον ὑποδέεται, καὶ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὑπ' ὄλων τῶν ἐφ' ὧν ἀναγορεύεται. calceos purpureos induit, et Romanorum imperator ab Orientalibus omnibus proclamatur.* Gregoras etiam libro tertio de Palaeologorum generis splendore disserens, et de contracta affinitate ab Alexio Angelo imperatore cum Palaeologo Alexio, cui Irenem primogenitam filiam despondit, eamque imperio destinavit: *ὅς ἐπειδὴ γοῆς ἄρρενος αὐτὸς οὐκ ἠμoίρει, ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδέεσθαι κρηπίσι προσετείταχει, ἵνα εἴη αὐτὴ τε καὶ ὁ ταύτην συζευχθήσόμενος τῆς βασιλείας διάδοχος. qui [Alexius Angelus] postquam prolem masculam non suscepit, crepidas purpureas induere hanc [Irenem filiam suam] praecepit, ut ipsa et qui ei iunctus esset, in imperio ei succederent.*

P. 25, 13. τoὺς φοικωδεστάτους ὄρκους] Theodorus Lascaris II, Iohannis Batatae seu Vataciae filius, Iohannem filium suum pupillum moriens reliquit, tutoresque ei dedit Arsenium patriarcham et Muzalonem. Theodorus, quod futurum vereretur, a successore suo avertere voluit, ideoque semel atque iterum ab aulae suae proceribus infimisque iusiurandum exegit, ut filio suo fideles obsequentesque eo constricti se praebent. post illius etiam obitum repetitum ac statim violatum est. hoc de negotio adeundus Gregoras lib. 3 cap. 6 et Phranzes lib. 1 cap. 3. Michael etiam Palaeologus, et Muzalonis caedis rei, anathemate dirisque devoti et excommunicati sunt.

V. 172 P. 26, 13. ἐνωτισθεῖς οὖν τῶν ἡμεῶν τοῦ Κατακουζηνου] Stephanus Serviae Crales Cantacuzeno auxilium roganti conditiones tulit, quibus ei opem ferre cogitabat: at duras nimis visas Cantacuzenus haud admisit. Stephanus propterea Cantacuzeno indignatus de vi ei inferenda consilium agitavit, verum per uxorem Craleenam reconciliatus statim fuit. Cantacuzenus lib. 3 capp. 43 et 44. Monendus hic lector hunc Serviae despotam seu Cralem Stephanum, ad quem Cantacuzenus confugit, ex Nemagna gente fuisse vocatumque imperatorem, Byzantinique imperii provincias Thessalonicam usque dominationi suae supposuisse. regnare coepit hic Stephanus anno 1331, quo patrem suum Uroscum aulicorum consilio gula fracta interfici iussit. regnavit ad annum usque 1354, cum ad Divolopotamum Thraciae urbem fato conces-

sit. successit illi Uroscus unicus filius, qui imperium ignavia amisit, avique diras et imprecationes in filium eiusque posteros iactatas expertus est. supra notavimus Lazarum Vulci filium Uroscos partem imperii paterni ademisse. Maurus Orbinius in hist. de regno Slavorum. vide etiam ad caput XXX infra.

P. 28, 5. Cap. 7. *συλλήπτορας*] id est, *συναγωνιστὰς* ita ut foedus inter eos intercederet, tam ad propulsandum quam inferendum bellum iunctis semper simul viribus.

P. 28. 18. *τῆς Ῥόδου φρερίοι*] Iacobus Bosius qui historiam religionis et militiae S. Iohannis Hierosolymitani Italice scrip- P. 220
psit, Smyrnam a foederatis captam ait anno Christi 1344. sed de castro aedificato nullam mentionem facit. recte equidem convenit haec temporis nota cum illis quae a Cantacuzeno narrantur; nam belli civilis huius initio Homur Didymotoechum venit. Bosio consentit Cantacuz. lib. 3 cap. 68, et a Rhodiiis equitibus aliisque belli foedere consociatis captam Smyrnam tradit. *τριήρεις γὰρ τέτταρες καὶ εἴκοσι Λατινικαὶ ἔκτε Ῥοδίων καὶ τινῶν ἐτέρων παρεσκευασμένοι ἐπέπλευσαν τῇ Σμύρνῃ, καὶ τὸ πρὸς τῷ λιμένι φρουριον ἔλλον, καὶ ναῦς ἐπέπρησαν οὐκ ὀλίγας Περσικὰς. Ἀμιὸν δὲ παρῶν καὶ ἀμυνόμενος οὐκ ἴσχυε περιγενέσθαι τῆς Λατινικῆς δυνάμεως. triremes 24 Latinae Rhodiorum equitum aliorumque Smyrnam bene instructae appulsae sunt, et ab iis castrum portui impositum occupatur, naυesque plurimae Persicae incenduntur. quo cum accessisset Homur et pro viribus Latinos oppugnaret, ipsos nusquam superare potuit.* manifeste sibi adversantur Ducas noster et Cantacuzenus: nam si quae Cantacuzenus narrat vera sunt, post Smyrnam scilicet a Latinis occupatam Homurem eam expugnare frustra tentavisse, Cantacuzeno deinde suppetias laturum fretum Hellespontiacum denuo traicisse, non potuit in oppugnanda Smyrna, ut noster narrat, occubuisse. qui porro Frerii Rhodi appellantur, sunt religiosi ac milites ordinis S. Iohannis Hierosolymitani, qui hodie vulgo Equites Melitenses appellantur.

P. 30, 7. *ἐν τῷ Πολιχνίῳ τῆς Σμύρνῃς*] Anno 1647 vidimus adhuc castrum illud in montis vertice locatum, cuius moenia integra ferme sunt. verum omnia aedificia, praeter templum, quod in meschitam Turci transformarunt, diruta sunt. extat etiam in eo cisterna amplissima, cuius laquearia ac fornices multis columnis fulciuntur. castrum illud quadratum oblongum est, vicinum illi urbis antiquae regioni in qua Acropolis, cuius adhuc moenium pars cernitur, sita erat. castrum inferius ad litus maris et portus ingressum situm est, nuncque integrum videtur.

P. 32, 3. Cap. 8. *ἀσφαλτώσεως*] Metaphora a re navali du-

eta: ut enim naves firmiores sint nec facile aquam admittant, pice et sebo inunguntur; quod etiam ad navigationis celeritatem confert. usus est autem hoc verbo ἀσφαλτοῦν, bitumine inducere, quod pro πιττοῦν etiam, id est impicare, usurpatur. sed fortasse voluit scribere ἀσφαλίσας.

P. 32, 17. Abasgi, de quibus hoc capite loquitur, populi sunt olim Iberi dicti, ad Euxinum pontum pertinentes.

Cantacuzenus harum turpium et Christiano nomine indignarum conditionum non meminit, quibus cum Orchanæ foedus et societatem belli Anna contraxit.

P. 33, 5. Cap. 9. Hoc capite de nuptiis Orchanis et Cantacuzeni filiae Theodoræ agitur. in eo notanda est varietas et dissensio inter nostrum auctorem et Cantacuzenum: hic quippe asserit lib. 3 cap. 92 Orchanem filiae suae nuptias ambuisse; quas cum in aliud tempus reiiceret Cantacuzenus, imo proco respondere differret, ab Homure eam affinitatem utilem sibi fore suasus filiam suam Orchani despondet. Cantacuzeno soli in sua causa credendum non est; et verisimilius vi-
P. 221 detur quod dicit noster, Cantacuzenum filiae nuptias Orchani proposuisse, ut foedus, quod cum eo iungere cupiebat, artiori vinculo stringeret et Orchanem a priori cum Anna pacto averteret. alliciendus erat princeps ille; nec gratiori aut suaviori esca eum in partes suas trahere poterat Cantacuzenus, quam nuptiarum spe ac ingentis dotis promissis. Phranzes cap. 15 lib. 1 has inter imperatores discordias ad tempora Ameræ Moratis falso transfert; quod hoc loco notandum fuit.

P. 35, 18. ἐλθόντος δὲ τοῦ Καντακουζηνοῦ] Adeundus ipse Cantacuz. lib. 3 cap. 99, ubi de se modestius verba facit quam noster eum loquentem inducit, hortatus est equidem Annam ut se ad pacis condiciones adduci pateretur, neve pertinacia sibi ac liberis malum extremum arcesseret.

P. 36, 20. οἱ δὲ τῆς πόλεως] Videndus Cantacuz. lib. 3 cap. 96, ubi queritur se contumeliis a Cpoleos incolis saepius petitum fuisse.

P. 37, 7. εἰσεῖσιν ἐν τῇ πόλει] Cantacuz. lib. 3 cap. 99. annum ad marginem notavimus.

P. 37, 9. Cap. 10. Consentit omnino Cantacuzenus his quae narrantur a Duca. adeundus est a cap. 99 lib. 3 ad cap. 10 lib. 4.

P. 38, 1. ἀνακαλυμμένη τῇ κορυφῇ] Gestus est venerantis, salutantis et officium exhibentis. Codinus Curopalates de offic. Palat. Cp., ubi de Protovestiarii officio agit, ipsum nudato capite ad imperatorem accedere notat, ut e veste eius floccos vel quidvis sordium, si casus ita tulerit, auferat; ita ut apud Graecos caput nudum habere venerationis causa in usu

fuerit, verba Codini talia sunt: ἔχει δὲ καὶ τοῦτο ἴδιον καὶ ἐξαιρετόν, καὶ εἴαν τι ζουφίδιον ἴδῃ ἢ πηλόν ἢ ἄλλο τι περὶ τοῦ ἱματίου τοῦ βασιλέως, τὸ σιαδίον, ἢ ὡς τὸ κάλυμμα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐκβάλλων, τὴν χεῖρα ἐκτείνας ἐπιείρει ἢ καθείρει τοῦτο ἀνερωτήτως. hoc etiam ei soli [Protovestiariorum] officium peculiare obeundum, ut si togae imperatoris floccum, lutum aliasve sordes adhaerere viderit, umbella seu capitis tegmine deposito manum extendat non vocatus et detergat.

P. 38, 14. ἐτοιμάζονται τοίνυν γάμοι] Cantacuz. lib. 4 cap. 1 ait in Blachernis et templo sanctissimae Virginis nuptiarum solemnia peracta esse, quoniam anno superiore 6854, Christi V. 173 1346, terrae motu S. Sophiae templum quassatum fuerat et vestibuli pars conciderat, cubae etiam seu tholi pars rimis dehiscebat; quas ruinas Iohannes imperator instauravit, nuptiae porro celebratae sunt Maii die 21, quo memoria Constantini magni eiusque matris Helenae ab ecclesia Orientali peragitur.

P. 38, 19. πολλὰ τὰ ἔτη] Ad multos annos, mos usurpatus in aula Cpolitana, in festis celebrioribus annos multos imperatoribus precari, ut apud Codinum Curopalatem videre est multis locis, et uno verbo dicebant πολυχρονίζειν τὸν βασιλέα. hicque mos adhuc durat in ecclesia Cpolitana; ut sacram liturgiam celebranti patriarchae ex ecclesiae officialibus unus aliquoties, sed per intervalla acclamet ἐς πολλὰ ἔτη δέσποτα. quae etiam verba tanquam εὐχαριστικά a Graecis nunc usurpantur, cum gratiam officio vel muneri accepto verbis reponunt: dicunt enim ἐς πολλὰ ἔτη, multos annos precantes.

P. 38, 20. ὁμοίως καὶ ὁ Καντακουζηνὸς Ἰωάννης] Cap. 4 lib. 4 iterum se coronatum fuisse hoc anno Maii 13 scripsit: voluisse etiam uxorem suam coronari. Adrianopoli iam coronatus fuerat. quare denuo sibi coronam imponi voluerit, hanc ipse rationem affert: καίτοι γε αὐτὸς ἐν Ἀδριανουπόλει ὑπὸ Λαζάρου τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων πατριάρχου ἐστέρθη. καὶ ἀπέχρησεν ἂν ἢ τοῦ ἁγίου μύρου χρίσις ἐκείνη παρ' εὐφρο- P. 222 νοῦσιν· ἵνα δὲ μηδεμίᾳ εἴῃ πρόφασις τοῖς ὑβρισταῖς ὡς ἔωρα μὴ ἐν Βυζαντίῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον τῶν βασιλέων ἔθος ἐστέπτο, καὶ τὸ δεύτερον αὐθις ἐτελεῖτο. iam ipse Adrianopoli ab Hierosolymorum patriarcha Lazaro coronatus fuerat; illaque sancti christi unctio apud benevolos sufficiebat, ne vero occasio ulla calumniandi maledicis et sibi iniquis retinqueretur, quod ex more ab imperatoribus antiquitus servato Byzantii coronam non suscepisset, sollemnis iterum incoronatio repetita et peracta est. hic ritus aliquatenus necessarius ad res in illo imperio auctoritate imperatoria gerendas habitus est. quoniam equidem Constantinus, qui in Cpoleos ex-

pugnatione occubuit, coronatus non fuit, imperator a nostro censeri non videtur: Iohannem enim Palaeologum, Manuelis F. Palaeologinae stirpis ultimum infra appellat, et Constantinum illum fratrem despotam solummodo vocat, postquam mortuo Iohanne ipse res imperii Cpoli administravit. Michael Palaeologorum primus, ut res imperii administraret eiusque auctoritate et auspiciis gererentur, coronam suscepit interim, cum legitimus heres non coronaretur, quod per aetatem puerilem rebus gerendis ineptus esset. eaque solemnii caerimonia imperii non tantum insignia, sed et legitimam potestatem traditam esse videri potest. et ad tempus etiam concedi potuisse, siquidem patriarcha Arsenius, qui Michaelem coronavit, imperium ei continuum non concessit. *πλὴν (ait Gregoras lib. 4) οὐκ αὐτῷ γε διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν χαρίζεται, ἀλλ' ὡς τῶν πραγμάτων τέως ἀναγκαζόντων διοικεῖν αὐτὸς αὐτὴν, μέχρις ἂν ἐς ἤβην ὁ γνήσιος τῆς βασιλείας κληρονόμος ὁμοῦ καὶ διάδοχος φθάσῃ· τότε δὲ αὐτὸν ἐκόντα παραχωρεῖν ἐκείνῳ μόνῳ τῶν τε αὐτοκρατορικῶν θρόνων καὶ πάντων ἅμα βασιλικῶν συμβόλων.* *verumtamen perpetuam ipsi imperium non concessit, sed ut tantisper, rebus ita flagitantibus, imperium administraret, dum legitimus heres adolescentiae annos adeptus in imperio etiam succederet: tum solio imperatorio ac ornamentis illi soli sponte cederet.* ex Cantacuzeno idem constat lib. 3 cap. 36. nam ut auctoritatem Iohannis Palaeologi Cantacuzeno opposerent Anna imperatrix senatusque Cpolitani, illum coronari curarunt, ut eius auspiciis ac auctoritate legitima res geri possent. at ubi certa est in imperio successio, statim ac decessor obiit, heredi ius ac titulus regiaeque maiestatis insignia cedunt; nec illa unctione aut coronatione opus habet, ut regem agat, rerum summa potiat, eiusque auspiciis ac nomine cuncta gerantur.

P. 39, 12. *ἐκ Σηστοῦ πρὸς Ἀβύδου*] Ducas invertebat situm locorum. Turci enim ex Asia in Europam traicientes ἐξ Ἀβύδου πρὸς Σηστόν vehebantur: Abydus enim Asiae littori, Sestus Europaeo adiacet.

P. 39, 15. *τότε καὶ Σουλειμάν εἰς τῶν νιῶν τοῦ Ὁρχάν*] Videndus Cantacuzenus lib. 4 cap. 10, qui Suleimanem Orchanis filium in hac expeditione occubuisse non refert, eiusdemque libri cap. 38 illum Callipolim terrae motu eversam de integro aedificasse et munivisse narrat. Leunclavius historiae Musulmanicae lib. 4, in quo res ab Orchanae gestas exponit, nulla prorsus mentione facta foederis inter Annam imperatricem et Orchanem sociati, aut etiam affinitatis inter hunc et Cantacuzenum contractae, res Turcorum auspiciis gestas solummodo narrat, Suleimanisque in Chersonesum expedi-

tionem, ubi fato illum concessisse scriptores Turci tradunt: in hoc tamen variant, cum quidam asserant ante captam a Turcis Callipolim Suleimanem obiisse, alii eius ductu et auspiciis compulsam ad deditionem fuisse.

P. 59, 21. Cap. 11. Hoc capite narrat Ducas noster causas P. 223 ob quas Iohannes Palaeologus imperator a socero iterum alienior factus, Cpoli relicta, in Italiam et Germaniam discesserit; ubi transacto biennio, et collectis pecuniae subsidiis ad urbem adversus Turcos tuendam, Tenedum revertitur, ibique Gatelusium nactus, cum eo de Cpoli et imperio recuperandis consilia agit. Phranzes lib. 1 cap. 15 Gatelusi nullatenus meminit, nec etiam profectionis Iohannis Palaeologi in Italiam, antequam socerum urbe ac imperio pelleret. ino cap. 17, postquam solus regnare coeperat, auxilii contra Turcos petendi causam illam profectionem suscepisse scribit. Cantacuzenus lib. 4 c. 33 tradit Iohannem Palaeologum, quem candidum ac simplicem dicit, a quibusdam aulicis ei familiaribus excitatum ac irritatum fuisse; hisque rationibus in sententiam eorum pertractum, quod scilicet Cantacuzenus res imperii solus gereret ac moderaretur, totam potentiam in se traheret, destinatisque ad imperium filiis Iohannem legitimum heredem privatam agere vitam artibus suis cogeret. ab iisdem etiam Cantacuzeno obiiciebatur quod inermis Iohannes Thesalonicae relictus Turcorum incursionibus expositus esset, dum universas copias contra Serviae Cralem duxerat Cantacuzenus, his itaque permotus Palaeologus etiamnum adolescens cum socero simultates odiaque occulta exercere coepit, Tenedum aufugit, et inde Cp. spe potiundi urbe ductus revertitur, verum Cantacuzeni factio, opes, apud multitudinem gratia, atque etiam imperatricis Cantacuzenae diligentia Iohannis molimina irrita reddiderunt, utque Galatam se reciperet aegerunt. tandem, cum Palaeologus socerum in imperatorio sedere solio diutius ferre non posset, Tenedum repetit, ubi conscensa una biremi Cpolim vectus urbem recuperat, simulque Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur. nullum equidem de Gatelasio verbum facit Cantacuzenus, quamvis certissimum sit Genuensem illum egregiam operam Iohanni Palaeologo navavisse. quodque Cantacuzenus Gatelusi facinus tacuerit, merito in suspicionem venit multa silentio transmississe, quae ipsi dedecus ac famae detrimentum creare poterant. de Gatelasio; praeter nostrum Ducam, praecelere disserunt Genuensis historiae scriptores. Angustinus Iustinianus episcopus Nebiensis in Annalibus Italice scriptis ad ann. 1555: *l'imperatore di Cpoli nominato Calo - Iohanni V. 174 con aggiunto di Francesco Gatilasio Genoese scacciò uno nominato Catacozino, che gli occupava parte dell' imperio; e*

per gratitudine dedit sua sorella per moglie al detto Francesco, e per dote li dedit l'isola di Metellino. Ubertus Folieta lib. 7 hist. Genuensis. nonnulla in historia nostra inserere haud abs re duxi, quae a civibus Genuensibus privatim gesta, quanquam rempublicam nihil attingunt, dignitatem tamen civitatis nostrae augent, quae tales viros tulerit, qui virtute clarisque gestis rebus ad magnos honores magnanque potentiam apud maximos principes pervenerunt, qualis fuit Franciscus Catalusius, cuius viri in Graecorum historia plurima est mentio. is igitur vir classium Graecarum praefectus, fortem et fidellem Iohanni Graeco imperatori multorum annorum navatam operam egregio facinore cumulavit. conatus enim Cantacuzeni maguae nobilitatis ac potentiae hominis, ingentibus motibus adversus Caesarem consurgens, bona ditionis Cpolitianae parte iam illi adempta, opera et consilio suo compressit. quod promeritum Caesar insigni praemio remuneratus est, in aula Lesbo illi et successoribus fiduciaria tradita, sororeque sua in matrimonium data. quae anno 1555 accidisse notat etiam Folieta. Petrus quoque Bizarus lib. 6 histor. senatus populi Genuensis eadem de Catalusio scripsit; addidit solummodo, *triremes in subsidium Calo-Iohannis Graeci imperatoris cum Genuensibus confederati, adversus Cantacuzenum, qui magnam imperii partem illi abstulerat, Byzantium transmissae.* vult itaque auspiciis viribusque reipublicae Genuensis, non privati viri Catalusii opibus gestum id fuisse. ad eundem etiam Laonicus lib. 10 de rebus Turcicis, ubi de Catalusis occasione sibi ex narratione status insularum maris Aegaei totiusque Archipelagi data obiter disserit. ita ut dedita opera nomen Catalusii subticuisse Cantacuzenum videri possit, ne imperator in imperii sede privati hominis stratagemate oppressus diceretur, quod ipsi turpe ac infame futurum erat; praecipue cum illius uxor Cantacuzena imperatrix tam egregiam ac strenuam operam antea navasset, ut Cpolim invadentem Iohannem Palaeologum repelleret et Galatiam petere cogeret.

P. 40, 3. *καὶ εἰς Ἰταλίαν ἀπέκετο*] Parachronismum procul dubio hic admisit Ducas, qui Iohannem Palaeologum in Italiam profectum esse tradit, antequam imperio Cantacuzenum deturbaret. Phranzes, ut iam notavimus, ei adversatur. Laonicus etiam lib. 1 Iohannis profectionem post expulsam Cantacuzenum contigisse memorat, rerum apud Turcos summam obtinente Morate, qui patri suo Orchani anno 1559 successit, quatuor post Cantacuzenum regno pulsam annis profectionem illam susceptam fuisse a Iohanne Palaeologo ab anno Christi 1567 ad 1571 ex Pauli Mauroceni patricii Veneti historia constat lib. 13. *Perciò Giovanni Palaeologo impe-*

rátore non contento de soli officii de gli ambasciatori, per rappresentare il bisogno, si risolse venire egli medesimo in Italia e nelle provincie Occidentali, sperando con la forza di sua presenza dal pontefice e da gl'altri prencipi ottenere quei aiuti che fossero al suo pericoloso stato necessarii. nel ritornare a Cpoli si condusse a Venetia, onde con ogni cortesia et honore ricevuto, di vinti cinque milia ducati fù accommodato, et in oltre per le sue galee di quattro cento stara di biscotto, et il figliuolo che haveva seco con altro nobil dono presentato. Laonicus et Phranzes cum Mauroceno non sentiunt in modo quo Venetiis habitus est Iohannes. ille lib. 1 tradit a mercatoribus Venetis, qui pecunias ei crediderant, quo minus discederet nisi soluto aere alieno, prohibitum fuisse. hic cap. 17 lib. 1 Manuelem Iohannis filium pecuniam patri attulisse quo se alieno aere exolveret.

P. 41, 9. τῆς ὀδηγητρίας] Parva haec porta Hodegetriae, seu viae monstratricis, ea forte est quam Graeci Contoscalii vocant, quae in murorum parte Bosporo adiacente aperta est; de qua Leuncl. in Pandectis hist. Turc. n. 201. Gillius Condescalam vocat lib. 1 cap. 20 Topograph. Cpoleos. Cantacuz. lib. 4 cap. 39 de illo appulsu Iohannis Palaeologi ad Cpolim, ἀθρόον μηδενός εἰδότος ἐπέπλευσε Βυζαντίῳ, καὶ ἐγένετο νυκτὸς ἔνδον τοῦ ἐν Ἑπτασκάλῳ νηωρίου. confestim omnibus insciis Byzantium navigavit, et nocte navale Heptascali ingressus est. porta illa inter portas Psamatii et Catergoli-
menis sita est; et a nostro vocatur ὀδηγητρίας a monasterio τῶν ὀδηγῶν, in quo B. Virginis Mariae imago miraculis clara colebatur.

P. 41, 13. τὰς λαΐνας] Vox est idiomatis vulgaris Graeci. figulus λαϊνὰς dicitur, vas fictile λαϊνὸν.

P. 43, 14. Cap. 12. De excaecatione Cuntuzis et Andronici P. 225 adeundus Laonicus lib. 1, qui Sauzen, non Cuntuzen appellat, et natu maximum filiorum Moratis fuisse dicit. Iohannes imp. aceto fervido Andronici oculis infuso eum excaecavit. Phranzes lib. 1 c. 16 Moratis istum filium appellat Mosen Zelebin, et patris iussu capite plexum fuisse ait. de illorum excaecatione Leunclavius nullum verbum facit.

P. 45, 1. τῶ πύργῳ τοῦ Ἀνεμῶ] Leunclavius in Pandectis hist. Turc. docet se a Zygomala didicisse Cpoli turres illas, quas Leonardus Chiensis in narratione expugnationis Cpoleos Aveniades appellat, vero nomine Anemanis turres vocari, et esse eas quae in arce Pentapyrgo, ad angulum urbis Orientalem, iuxta Blachernarum templum sita visebantur.

P. 45, 1. διετίαν δὲ ἐν φυλακῇ] In carcerem coniectus est Andronicus a patre excaecatus, ut c. 16 narrat Phranzes: ex eo vero extractus est, cum proceres Cpohtani Ameram Mo-

ratem, ut liberaretur, exoratum habuerunt, narrat postea Iohannem in Italiam profectum, Andronicum excaecatam despotam rebus imperii interea procurandis praefecisse: at ubi reversus fuit, Manuelem filium suum secundo genitum, universis applaudentibus, imperatorem proclamasse, quod indigno ferens Andronicus ad Baiazitem aufugit; et auxilia ab eo consecutus, urbem noctu ex improvise adortus patrem fratremque cepit et in carcerem compegit; qui post duos annos cum semisse, Bulgaris custodibus deceptis, ad Baiazitem aufugerunt, tributaque annua pendere polliciti in imperium reducti sunt, hac de re Laonici narratio lib. 1 hist. de rebus Turc. valde confusa est, nec his consentit, vult etiam ante Andronici excaecationem Iohannem in Italiam discessisse, de Andronici ad Baiazitem profectio lib. 2 agit.

P. 46, 9. *δαρείον*] Apud alios legitur Daonium: oppidum est Thraciae maritimum sub Heracleensi metropolita. Heraclea, quae hodie Propontidi adiacet et metropolis est, olim Perinthus appellata fuit, ut clare docet inscriptio, quam Heracleae anno 1647 Maii die 1 ex marmore transcripsimus. Lapis ille marmoreus olim fuit stylobates, cui imperatoris Severi statua imposita erat. parieti templi metropolitanae Heracleensis, quod templorum Christianorum per Graeciam universam residuorum elegantissimum est, transverse insertus visitur lapis ille, non erectus, et qui illum inseruere fabri, forssecus inscriptionem apparere, ut legeretur, voluerunt, illam in marmoribus Arundellianis Seldenus transcripsit pag. 55, V. 175 sed corruptam: qualem ipsi legimus, hic proponimus:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
 ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
 ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΟΥΗΡΟΝ *)
 ΕΥΣΕΒΗ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
 ΣΕΒΑΚΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ
 ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
 ΜΕΓΙΣΤΟΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ
 Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ
 ΝΕΟΚΟΡΩΝ
 ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

quae statua posita fuit procul dubio a Perinthis, quando capta a Severo, quae ei fame compulsata se permisit, Byzantium, maris balneis publicisque aedificiis eius dirutis, in vici formam redacta, omni iurisdictione privata, Perinthis attri-

*) *Ultimae syllabae duarum vocum Σεπτίμιον Σεουήρον ita scriptae sunt, ut intra O τὸ Ν comprehendatur.*

buta est, ut Dion Nicaenus in Severo prodidit: καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, τὰς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτὴν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς τοῖς Περινηθίοις ἐχαρίσατο. *vegetalem eam reddidit, civiumque bona in fiscum publicum redegit, ipsamque et eius agrum Perinthiis gratuito attribuit.* in ista inscriptione haec verba, ὁ δῆμος τῶν νεοχόρων, significant *universitatem vel collegium sacerdotum vel aedilium*. P. 226 rum. Latini hac etiam voce usi sunt, ut apud Gruterum inscriptionum libro legimus pag. 1102.

VETTIO AGORIO PONTIFICI.

VESTAE PONTIFICI.

SOLI QUINDECIMVIRO, AUGURI,
TAUROBOLIATO, CURIALI, NEOCORO,
HIEROFANTAE, PATRI SACROBUM.

Zosimus, qui tempore erecti huius monumenti posterior est, lib. 1 etiam testatur suis temporibus Perinthis nomine omissio Heracleam vocatam fuisse: διατρέβοντι αὐτῷ κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασται. Stephanus de urbibus idem testatur.

P. 46, 10. τὸν δὲ Μανουῆλ στέφει ταιτίοις] Annum quo Manuel imperator designatus est, excaecato Andronico, habemus in themate caelesti, erecto ad meridianum Cpoleos ipso meridie, anno mundi 6882, Septembris 25, id est, anno Christi 1373, sic se habet. *ἔμα γεγονός ἐπὶ τῇ ἀναγορευσει κυρίου Μανουῆλ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ἔτους 5008 μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κ' ἐπ' αὐτῆς τῆς μεσημβρίας.* horoscopus Sagittarii gradus 17, Dom. 2. Capricorni grad. 19 m. 40, Dom. 3. Aquarii grad. 27 m. 20, Dom. 4. Arietis grad. 10, Dom. 5. Arietis 27 m. 20, Dom. 6. Tauri grad. 19 m. 40. oppositae domus sex inde haberi possunt, loca vero planetarum sic se habuerunt. sol in Librae gradu 10 m. 21. Luna Capricorni gradu 8 m. 44. Saturnus Capricorni grad. 27 m. 50. Iupiter Cancri grad. 26 m. 22. Mars Arietis grad. 12 m. 28. Venus Librae grad. 12 m. 10. Mercurius Librae grad. 18 m. 37. nodus Ascendens seu caput Draconis Virgineis grad. 28. κληρος βασιλέως seu sors regia in Capricorni grad. 9. τύχη seu pars fortunae Piscibus grad. 15. 43. Quivis ex istis, themate delineato, planetas et alia puncta coeli per domus distribuere poterit. hocce porro thema caeleste nacti sumus in bibliotheca Serenissimi magni Hetruriae Ducis Ferdinandi II, principis Sapientissimi et erga litteratos humanissimi.

P. 46, 24. Cap. 13. ἐπεὶ δὲ ὁ Βαγιαζήτ] Supra cap. 4 legenda sunt quae scripsit Ducas.

P. 47, 2. καὶ κατὰ μὲν τὸ πρῶτον] Supra adnotavimus By-

zantinos imperatores tributa obtulisse, adeoque a Turcis imperium precario obtinuisse. Laonicus porro, Phranzes et Leunclavius nullam mentionem faciunt munitae a Iohanne imperatore Cpoleos, aut tributa ei a Baiazite imperata fuisse.

P. 47, 8. ὁ βασιλεὺς Μανουήλ] non solum Manuel, à Phranzae credimus, sed et illius pater Iohannes Baiaziti militarunt, ut narrat lib. 1 cap. 16. et Laonicus lib. 2.

P. 47, 22. ἀλλὰ δι' ἐτέρων ἀναθεμάτων] Georgius Cedrenus in Mauricio meminit templi illius Quadraginta Martyribus dicti; quodque a Tiberio inchoatum a Mauricio imperii sui anno octavo absolutum. eius verba talia sunt: τῷ δὲ αὐτῷ εἶς Μανυρίκιος τὸν ναὸν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, ὃν ἀπέχεσθαι Τιβέριος, ἀνεπλήρωσε. Zonaras iisdem fere verbis Tomo tertio. de templo S. Mocii mentionem facit idem Cedrenus in Basilio, qui collapsum refecit. ἐπεκοιήσατο καὶ τὸ μέγα τέμενος Μωκίου τοῦ μάρτυρος, καὶ τὸ ἄδυτον τοῦτου καταβλήθην ἄγχι γῆς, ὡς καὶ τὴν ἱερὰν κατεάξει τραπέζαν, ἰσιμελείας ἤξίωσε καὶ τοῦ πτωμάτος ἡγίρε. *Martyris Mocii templum deinceps absolvit; adytaque in terram usque prolapsa, quorum ruina sacra mensa fracta ac disrupta fuerat,*

P. 227 refeci et de integro instaurari curavit. Iohannes quoque Caeopalates huius templi, quique illud refecit, Basilii meminit. de omnium sanctorum templo, de quo Ducas hoc loco verba facit, nihil praeterea legi.

P. 48, 5. τῆς χρυσείας πυλῆς] Arcem istam Iohannes aedificaverat in moenium urbis angulo, qui ostio Propontidis et Bospori Thracii adiacet; in quo Mehemetes II post captam Castrum aedificari iussit, quod a septem turribus *Iedi-cala* Turcice appellatur; hodie desertum pene visitur, et a paucis hominibus habitatum. Aurea illa porta nunc etiam, ut et Leunclavii temporibus, clausa est. de hac arce infra cap. 45 Ducas mentionem facit.

P. 48, 15. ὁ οὖν βασιλεὺς Ἰωάννης] De hoc Iohanne imperatore eiusque libidinibus et lascivia Laonicus lib. 2, ubi scribit ipsam Manueli filio suo sponsam Trapezuntini imperatoris F. abstulisse, et quamvis podagra confectum uxorem duxisse.

P. 48, 23. ἀπέδωκε τὸ χρεῶν] Obiit imp. Iohannes anno mundi 6899, Ind. 10, Christi 1391.

P. 49, 11. ἕνα τῶν αὐτοῦ κριτῶν] Omnes Musulmani hoc semper ambierunt, ut in Christianorum, quas incoluerunt, urbibus Cadizios seu Cazileros, a quibus iudicarentur, suos haberent. messitas se habuisse Cpoli iactant Musulmani Constantino Copronymo eiusque successore Leone regnantibus; quod tradit Leuncl. lib. 1 hist. Musulm. inter monumenta mss. Nicolai Fabri Peirescii, viri clarissimi et in antiquitate investiganda accuratissimi, repertum est exemplar pactorum

P. 228 nesum missum esse scribit, et ita cum nostro Duca sentit. hic Eurenoses ab uno e tribus ducibus, cum quibus Othmanes foedus ac societatem inivit, et qui inter Turcos nobiles habentur, genus ducebat: alii erant Marcozogli, à quodam Marco religionis Christianae desertore, et Michalogli ab alio Michaelae appellato pariterque apostata, genus ducentes.

P. 50, 4. *Τουραγάνης*] Turachanides a quodam Turachane nobili etiam inter Turcos habito. infra de Abranczidis et Turachanidis Tzineites loquitur ut de nobilitate ac antiquitate generis illustribus cap. 26 pag. 95. Leunclav. in Pandectis cap. 27.

P. 50, 6. *ἡ δὲ πόλις οὐκ εἶχεν*] Per totum fere decennium urbs Cpolis a Baiazite circumsessa fuit admodumque vexata, ut narrat Phranzes lib. 1 cap. 19 sub finem. verum coepisse circumdari milite Turco, postquam pugnatum ad Nicopolim fuit, memorat. Ducas vero noster ante praelium id commissum coeptam obsideri scribit; et cum eo convenit Leunclavius lib. 6 hist. Musulm., qui Baiazitem terra marique Cpolim obsedisce narrat ante pugnam ad Nicopolim initam.

P. 51, 1. *καμφθέντες οὐκ ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις*] Ad eundi Laonicus lib. 2, Phranzes lib. 1 cap. 19, Leunclavius lib. 6 hist. Musulm., Bonfinius hist. Hungaricae decada 3 lib. 2, Froissardus vol. 4 cap. 79 et seqq. aliique.

P. 52, 20. *τὸν Δούκα τῶν Φλάνδρων*] Hic est Iohannes dux Nivernensis, Philippi Audacis Burgundiae ducis F., Iohannis Galliarum regis N. omnes porro aevi illius aequales historici acceptae a Sigismundo tam insignis cladis culpam in nostros conferunt, qui Turcorum modum ac artem pugnandi nescientes temerario impetu in perniciem suam ceterorumque ruerunt. annus autem huius praelii varie a diversis proditus est. Turcorum annales, quos sequitur Leunclavius, illam Christianorum stragem editam a Musulmanis tradunt anno Hegirae 794, qui coepit anno Christi 1391, Novemb. 29, fer. 4. quapropter pugna illa commissa est anno Christ 1592. Turcorum chronologiam sequutus est Calvisius in prima editione: sed perperam scribit anno 1391 Novemb. 27 coepisse annum Hegirae 794. fortasse error est typographicus: in posteriori vero editione ad annum 1396 transtulit. quare vero Turci anno Hegirae 794 hocce praelium commissum esse scripserint, causam, ut mihi videtur, valde probabilem adducam. ex hist. Hungarica Bonfinii decad. 3 lib. 2 constat Sigismundum Hungariae regem, post caesum profligatumque Walachorum Turcorumque exercitum, Nicopolim minorem obsedisce et expugnasse anno Christi 1392. hanc cladem a suis passam ut ex annalibus suis expungant Turci, anno 1392, quo eorum exercitus caesus est, praelium Nicopolita-

ergo pugnas confundunt, et sibi prosperam in annum 1392 transferunt, ut improsperae memoriam oblitterent. his adversantur Froissardus loco citato, qui accidisse ait anno 1396, die Lunae seu feria 2 ante festum S. Michaelis, qui fuit Septembris 25, quoniam anno illo fuerunt litterae dominicales B, A. Bonfinius decad. 3 lib. 2 contigisse ait Kal. Octob. anno 1396. Brassoviae seu Coronae in Transsylvania in ecclesiae parietibus ita scriptum legitur, ANNO 1396 SIGISMUNDUS INFELICITER PUGNAT AD NICOPOLIM CONTRA BAIAZITEM SEPTEMB. 28. ita refertur in volumine Scriptorum hist. Hungaricae. his Maurus Orbinus in Slavorum historia consentit. Buntingus et Ubo Emmius in chronologia anno 1395 contigisse scribunt. at Phraezes, quem hactenus Latine solum habemus, illam cladem ad annum mundi 6900, id est Christi 1392, refert, et Turcicis congruit Annalibus. ubi notandum etiam Phranzem post pugnam illam Nicopolitanam, Christianis tam lugubrem, Manuelis in Italiam discessum, ut et Ducam collo- P. 229 care. ex hist. Veneta constat anno 1395 Manuelem Cpoli solvise et Venetias accessisse; quod si huius profectio cladem ad Nicopolim secuta est, annus praelii Nicopolitani antecessit annum 1395. quomodo conciliari possint ista, non video: sed nostris auctoribus fidendum potius existimo, qui accuratius, et hoc loco meliori quam Turci fide tempora observarunt.

P. 52, 23. δόντες ἔγγυήν τὸν αὐθέντην Μιτυλήνης] Idem scribit Froissardus de sponsione facta a principe Mitylenes: verum in rebus ac geographia regionum Orientalium ignarum admodum ac imperitum se prodit.

Hoc autem loco rem adnotare, quae ad pugnae illius Nicopolitanae historiam pertinet, alienum prorsus non erit. inter Galliae principes qui ei interfuerunt, Philippus Artesius regiae prosapiae princeps, comes de Eu et Franciae Conestabularius, recensetur; isque una cum Iohanne Nivernensium duce captus est. de eius obitus die et loco, ubi fato concessit, historicos nostros et monumenta quae Cpoli extant, inter se dissentire animadverto. Clarissimi viri Sammarthani fratres Genealogiae domus Franciae lib. 50 Philippum Artesium Prusae, vulgo Burusae, die 3 Iunii anno 1397 fato functum fuisse tradunt, eiusque cadaver in Galliam translatum, et in choro templi monasterii seu abbatae S. Laurentii Essuorum, vulgo de Eu, conditum esse. dum vero anno 1647 per menses Februarium, Martium et Aprilem Cpoli agebamus, in monasterii S. Francisci Galatensis sacello uno, peristyllo seu claustro contiguo, sepulchrum illius principis marmoreum vidimus, cui sequens epi-

taphium characteribus Gothicis insculptum legitur: † SEPULCHRUM MAGNIFICI DOMINI PHILIPPI DE ARTORS, COMITIS DE EU ET CONESTABILIARII FRANCIAE, QUI OBIIT IN MICALICI MCCCLXXXVII DIE XV IUNII. IN ḡ EST CARNE SUA: ANIMA CUIUS REQUIESCAT IN PACE. hocce epitaphium crux in medio posita in duas partes dividit. ad latus insignia gentilitia Franciae, qualia tunc indefinito liliorum numero constabant, addita Artesiae familiae peculiari trifidae laciniae in scuti fronte distinctione, cernuntur. Micalici seu Michalizi urbs et regio est non plus decem milliariis distans a lacu Lopadio eiusdemque nominis urbe, quam hodie Graeci Lupadi, Turci Ulubat appellant. Burusa etiam bidui itinere abest. Laonicus lib. 4 regionis Michalizii, et Leunclavius hist. Musulm. libb. 4 et 13, atque in Pandectis cap. 86, meminerunt. in illo epitaphio quid significet illud ḡ adsequi hactenus non potui.

V. 177 P. 53, 3. Cap. 14. *φρσιωθεῖς οὖν*] Leunclavius lib. 6 idem scribit, caduceatorem scilicet a Baiazite missum, qui Cpolim sibi dedi Manuelemque ea decedere iuberet.

P. 53, 5. *ζητῶν τὴν πόλιν*] Baiazites Cpolin sibi dedi insolenter postulat a. Chr. 1393, iuxta Annales Turc.

P. 53, 18. *ὁ πρὸ μικροῦ λαληθεῖς Ἀνδρόνικος*] De Iohanne Andronici excaecati filio in imperium a Baiazite constituto Ducas a Phranze multum discrepat. hic namque lib. 1 cap. 20 Iohannem a patruo suo Manuele in Italiam discedente rebus Cpoleos administrandis praefectum fuisse refert, non vero a Baiazite Sultano in solum imperatorium collocatum. Laonicus omnia confuse lib. 2 describit.

P. 56, 6. *ἔπλει εἰς Βενετίαν*] Nicolaus Dolionus Hist. Venetae lib. 6 scribit Emanuelem imperatorem anno Christi 1395 Cpoli discessisse, Venetiasque appulsum in Galliam inde transiisse; ut adversus ingruentem singulisque diebus auctam Turcorum potentiam opem et suppetias impetraret. Iohannes Iuvenalis Ursinius adnotavit Manuelem anno Christi 1400 Parisios venisse; anno demum 1402 ab aula regis Christianissimi post biennium cum anni semisse in ea transactum discessisse. Augustinus Iustinianus in Annalibus Genuensibus tradit ipsum Genuam advenisse Ianuarii die 22 anno 1403.

P. 56, 13. *εἰς Μεθώνην*] Urbs Peloponnesi Methone, quae hodie *Modon* appellatur, in sinu Messeniaco, vulgo *Golfo di Coron*.

P. 56, 17. Cap. 15. Leunclavius lib. 6 tradit Cazim seu Cadim ab imperatore Byzantino Cpoli admissum anno Hegirae 795, qui fuit Christi 1393.

P. 57, 4. *στρουθῶν κελადίσμασι*] Passeres pro omni genere avium hic sumuntur. e rure tamen petitum schema

illud: nam aliae sunt aves magis vocales, quarumque suavior vocis inflexionibus variis cantus sentitur.

P. 57, 12. Σάξων] Cur hic Saxonum potius meminerit no-ster quam Alemannorum seu Germanorum, nescio: aut si per Saxones quos hic nominat, eos intelligat qui Transsylvaniam partem unam incolunt, reliquis duabus a Ciculis et Transsylvanis occupatis. dubitare etiam possumus an Polonos intelligat, infra siquidem cap. 32 ῥῆγα τῶν Σάξων appellat Hungariae regem Ladislaum Casimiri Poloniae regis fratrem. Leunclavius adeundus in Pandectis n. 122.

P. 57, 20. κατασπαταλοῦντος οὖν] De legatione Temyris, qui vulgo Tamerlanes dicitur, ad Baiazitem legendi sunt Phranzes lib. 1 cap. 21, Laonicus lib. 2 sub finem, et Leunclavius lib. 7 hist. Musulm.

P. 58, 12. ξυρίῳ καθάραι τοὺς πάγωνας] Principes Turcos ignominiae iniurendae causa barbam alicui praecidi iubere mos fuit. Leunclavius lib. 4 in Urchane Gasi ubi de pristinis Turcorum institutis agit, haecce scribit: *si cui rex iratus esset, ignominiae et poenae causa barbam homini praecidi iubebat.* et lib. 10 exemplum huius affert: dum Suleimanus filiorum Baiazitis unus bellum cum fratre suo Moyse gerebat, Chasani Agae barbam iniuriae ac contumeliae inferendae causa praecidi mandavit. apud Cantacuz. etiam lib. 4 cap. 22 legimus Stephanum Serviae Cralem, postquam Macedoniae Edessam in potestatem suam prodeuntibus aliquot civibus redegisset, iussisse τὸ γένειον ἐπ' αὐτοῦ τίλλεσθαι, *barbam e mento se coram velli Lyzico eius urbis praefecto*, quod se acrius urbem intranti opponere voluisset. Leunclavius lib. 7 legatos illos Temyris Baiazitem indigne habuisse, dona sibi missa flocci fecisse, tandemque epistolam superbe ac insolenter scriptam eis tradidisse narrat.

P. 58, 15. ἔστω κεχωρισμένος ἀπὸ τῆς αὐτοῦ νομίμου γαμετῆς] Laonicus lib. 2 sub finem alia verba respondisse Baiazitem legatis Temyrianis tradit: τὸν δὲ Παγιαζήτην ὑπολαβόντα ἐς τὸν ἄγγελον φάναι, εἰ τοίνυν μὴ ἐπὶ μαχόμενος ἡμῖν, ἐς τρεῖς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω ἀπολαβῶν. *si itaque bellum nobis non intulerit, uxorem suam [dimissam] ter apud se admittat.* exponit deinceps virum, quando uxorem repudiavit, iureiurando affirmare eam apud se nunquam admissurum; ita ut ipsi fas non sit, cum a trinis splenibus dimisit uxorem, eam iterum domi accipere nisi adulterio pollutam. idem Laonicus lib. 3, ubi de Turcorum moribus disserit, adeundus, ratio ob quam turpissimum habetur ad uxorem dimissam redire haec est. periurii ac levitatis nota ac macula se adspersit, qui se non amplius admissurum iuravit, deinceps vero admittit; ab honesto denique et decoro alienum

est adulterio pollutam sibi uxorem adiungere. Quando igitur Baiazites dixit *a legitima uxore separetur*, cetera subaudienda sunt, illamque repudiatam a tribus splenibus apud se accipiat, quo dedecus ipsi adultera ducta accedat, levitatisque ac periurii nota inuratur. Leunclavius lib. 7 non longe a fine Temyris ad Baiazitem verba refert, quae lucem istis afferunt. *quid opus erat te quosdam ad me mittere tot nugas mihi renunciaturos, atque etiam addere te pro marito meretricis me habiturum, ni tuis in regionibus te quaesitum irem, ac vice versa ni tu bello me venires oppugnatum, ut a te libera esset mulier tua, hoc est, divortio separata, rursusque tibi nuberet ab alio prius polluta*, quibus verbis manifestus fit huius loci sensus.

P. 58, 22. τῶν Τουρκοπέρσων] Turcopersae atque etiam Persae appellati sunt Turci, postquam in Persidem a Muchumete Imbrailis filio vocati, in eumque deinceps rebellantes dux Tagrolipice, regionis illius dominium adepti sunt circa annum Christi 1042. unde a Zengi vel Tzingi - Chane pulsus circa annum Christi 1200 in Anatoliam venerunt. Turci etiam Iconienses hac appellatione comprehenduntur.

P. 58, 23. Ἀρονγγάν] olim Dascuta seu Dascusa, ut habet Itinerarium Antonini, sita ad Euphratis oram, in finibus Cappadociae et Armeniae maioris. illam Leunclavius lib. 6 et 7 Ertzintzanem appellat.

P. 59, 7. ὁ μέγας προφήτης] Baiazites intelligit prophetam suum Mohammedem.

P. 59, 22. Σεβάστειαν] Sebastia urbs Cappadociae, quam Turci Sivas et Sivaste appellant. cuniculis ductis eam cepisse Temyrem refert Leunclavius lib. 7. Laonicus vero lib. 3 tradit Temyrem suffossa trabibus sustentasse moenia, illisque igne iniecto consumptis ista corruisse.

P. 60, 5. πλίνθου ὀμῆς] Hodie etiamnum in Anatolia istis lateribus crudis ad domos aedificandas utuntur; qui ex terra aqua modice subacta formantur in lignea forma quadrata, et ad solem siccantur.

P. 61, 2. καὶ ἕως αὐτῆς Λαμύσκου] Leunclavius lib. 7 hist. Musulm. et in Annal. Turcicis Halepum primum captam, deinde Damascus tradit. hoc contigit anno Christi 1400, ut etiam Augustinus Iustinianus episcop. Nebiens. in Annal. Genuensibus adnotavit. diris modis ac inhumanis Damascus afflixit et vastavit Temyr, cuius illatae cladis causa a Turcicae historiae scriptoribus talis traditur. Iezides princeps, haereticus a Musulmanis habitus, Hasanem et Huseinem prophetae Mahametis e filia nepotes occidit, eiusque familiam contumeliis gravibus affecit; tandem mortuus Damasci sepultus est. illius itaque sepulchrum perquiri Temyr, et eo reperto ossa

refodi ac comburi, stercore etiam humano sepulchrum operi iussit. quod ergo Iezides Damasci sepultus esset, erga Damascenos tam crudeliter ac immaniter se gessit. mitiori vero modo Hamusenos, olim Emisenos dictos, habuit quod inter ipsos Halidis (*qui Velidis filius erat*) et Amru (*Humeta patre nati*) Mohametis sociorum ac discipulorum sepulchra ac V. 178 monumenta extarent.

P. 61, 21. Cap. 16. *Ταυροσκύθας*] Tauroscythae sunt, qui inter Borysthenem et Tanaim et Tauricam Chersonesum habitant. Zinchi populi sunt ad Euxinum pontum, Sindi alias dicti. Plinius lib. 6 cap. 7: *a Cimmerico accolunt Meotici, Vali, Serbi, Archi, Zingi, Psesii*. qui Zyngi Plinio, ii Zynchi sunt, in peninsula Corocondama siti. Sindi et Zinchi iidem sunt Eustathio ad *Περιγηγέως Διονυσίου* hunc versum,

Σινδοὶ Κιμμέριοι τε καὶ οἱ πέλας Εὐξείνιοι.

ὅτι *Σαυρομάτας ἐπέχουσι οἱ Σινδοὶ οἱ καὶ Ζίγχοι λεγόμενοι κατὰ τινάς. Sauromatis succedunt Sindi, qui apud quosdam Zinchi appellantur.* regio Zynchorum *Ζυγκία* appellatur in biblioth. Regiae MS. libro, in formulis subscriptionum et inscriptionum epistolarum patriarchae Cpoleos; et habetur in- P. 232 ter metropolitae, quibus scribit patriarcha, ὁ *Μετράχων ὁ καὶ Ζηγκίας*. Constantinus Porphyrogenitus libro de administratione imperii sub finem de Zinchia hoc adnotatum reliquit: *Ἰστέον ὅτι ἐν τῇ Ζηγκίᾳ πρὸς τὸν τόπον τῆς παγῆς τῆς οὐσῆς πρὸς τὸ μέρος τῆς Παπαγίας, ἐν ἣ κατοικοῦσι Ζηγκοί, ἔνενα παγαί εἰσι ἄφθον ἀναδιδούσαι. tenendum in Zinchiae parte ad fontem qui Papagiam respicit, quam Zinchi incolunt, novem esse fontes, quorum aqua pota ulcera labiis atque pustulas affert.*

P. 62, 10. *πληκείων ἦν*] Leonis imperatoris Tacticae lib. 1 cap. 2 hunc titulum habet, *περὶ ἀπλήκτων διατάξεις*. ἀπλήκτων vero et *φοσσάτων* eadem sunt et *castra* significant, et verbum ἀπληκείειν *castra locare* eodem loco significat. per apocopen τοῦ α scripsit Ducas *πληκείων*, quae figura Graecis etiam nunc tam familiaris est, ut unum verbum vix integrum ab iis pronuncietur, nec antiqui Graeci idiomatis vestigia cernantur.

P. 62, 11. *Ἀγκύρας*] Ancyra urbs Galatae est.

P. 63, 11. *ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*] Iohannes Iuvénalis Ursinus illius cometæ, qui anno 1401 fulsit, et Buntingus in Chronologia meminerunt; hicque mense Februario visum esse addit. cometa autem *λαμπαδίας* dictus, quod ardentes imitetur faces. Plin. lib. 2 cap. 25.

P. 65, 19. *Τζιαβούζιδας*] Hanc periodum non ita claram ob auctoris impurum stylum constructionemque barbaram, vertimus hoc sensu, ut Baiazitem Persis ignaviam exprobrantem

exposuerimus, cum antea de se multa iactavisset et contumeliose erga eos se gessisset. non sine ratione etiam potest intelligi Baiazites suis iratus, quod pugnam segnius inirent, probra in eos iactasse; tuncque per Tiabuzidas Trazios intelligere oportebit.

P. 65, 21. τοῦ Ἀτῆν] Omnes isti Turcorum reguli hic enumerati, antea a Baiazite spoliati fuerant et ditionibus suis exuti, ut supra noster enarravit. Leunclavius lib. 7 idem de Baiazite ab illorum regulorum subditis deserto testatur. βάνδον autem significat *vexillum*, et βανδοφόρος *vexillifer*. βάνδον Turcis *Sangiak*.

P. 66, 5. ὡς κολοιός] Fabula notissima graculi, qui plumis alienis se adornaverat, ab aliis deinde avibus, dum suas quaeque repetit, spoliatus est.

P. 66, 23. καὶ τὸν πρῶτον υἱὸν τοῦ Παγιαζήτ τὸν λεγόμενον Μουσουλιάν] Laonicus lib. 3, non longe a fine, Baiazitem cum uxore et liberis suis Musulmane Iesu et Mehemete captum ease tradit. at Leunclavius, lib. 8 in principio, solum Musam (id est Mosem) cum patre captum fuisse testatur; et cum eo sentit Phranzes lib. 1 cap. 22. Leunclavius ibidem scribit Emirem Suleimanem ab Eisnes - Bego et Hassan - Aga pugnae subtractum in Europam abductum fuisse. hic Suleimanes Ducae est Musulman, quem Stephanus, Leunclavio lib. 7 Vulcoglius, res desperatas videns arrepta fuga e praelio abduxit.

P. 67, 8. ἕως οὗ ὁ Παγιαζήτ] Leunclavius his consentit, dum Genitzeros Baiazitem ultimos deseruisse scribit; nec deditionem eos fecisse, nisi cum nulla spe salutis reliqua Baiazitem mox captum iri vidissent.

P. 67, 16. νόμος γὰρ ἐστὶν οὗτος] Quod pro lege auctor noster adducit, Leunclavius lib. 7 Temyris propositum fuisse tradit, et illius ad Baiazitem verba refert. *quo tempore*, ait, *meis e regionibus ipse discedebam hanc suscepturus expeditionem, iuratus promisi deo, siquidem praelio victor evaderem, neminem me deinceps a pugna commissa interfectorum.* cum vero Ducas Romaeos eadem consuetudine usos ait, intelligere oportet erga Romaeos, sicut Musulmani erga Musulmanos utuntur.

P. 68, 5. τότε καὶ μὴ θέλων κατέβη τοῦ Ἰππου] Hanc Baiazitis cladem et captivitatem referunt Turci ad annum Hegirae 805 post triduum finientem, qui fuit annus Christi 1401, Augusti 7, feria 1. coepit enim annus 804 Augusti 11, feria 5. P. 233 confirmat hanc temporis epocham cometa visus vere antecedente, quem Iuvenalis Ursinius fulsisse testatur anno 1401, et in chronologia Buntingus, ut iam diximus. quae nota ceteris, anni etiam characteribus vulgaribus, certior est, congruit

etiam tempus anni calidissimum, quo Leonis dodecatemorion sol permeabat, Ursinius tamen anno 1402 praelium initum fuisse tradit; Phranzes eodem anno contigisse vult Iulii die 28, ut colligitur ex lib. 1 capp. 21 et 22. in illo natum se scribit anno mundi 6909, Augusti die 30, dum Cpolis obsidebatur; certum est autem solutam fuisse urbis obsidionem diu antequam Temyr Baiazitem bello vicisset; quare 28 Iulii, quo Phranzes hosce principes acie dimicasse tradit, erit annus 6910, Christi 1402. quod etiam confirmatur eius verbis, quibus profitetur cap. 21 se scripturum deinceps ea quae ab anno 6910 praeclara facinora ac memoria digna contigerunt; unde excluditur annus ille 6909. non dissimulandum est notam seu characterem temporis, quem ex Hanivaldana historia refert Leunclavius, congruere cum 28 Iulii anni mundi 6910, Christi 1402. dicit enim feria 6, quae Zuma iuni, id est dies templi, Turcis dicitur, ad Ancyram pugnatam fuisse; et ille dies Iulii 28 fuit feria 6. Hegirae anno 804 finiente, et post triduum mox incipiente anno 805 Augusti die 1, feria 3. Paulus Interianus in *Annal. Genuens.* lib. 5, Ubertus Folieta lib. 9, Petrus Bizarus quoque lib. 9 historiae Genuens., Augustinus Iustinianus in *Annal. Genuens.* pugnam anno 1402 commissam scribunt. Damascus a Temyre captam et vastatam anno 1400 testatur Augustinus Iustinianus, cuius urbis clades secundum nostrum Ducam anno uno pugnam ad Ancyram antecessit, verumtamen cometae supradicti nota ceteris aliis certior est, ita ut in ea sententia stemus, quae anno 1401 pugnatam fuisse asserit. Sethus Calvisius in *chronologia* pugnam istam anno Christi 1599 alligat, anno Hegirae 801 iamiam finienti Septemb. 2. fuisse quoque feriam 6 scribit, a vero longius recedit illa sententia, et a nota illustri, quam Ducas protulit, prorsus aliena est: si enim biduo vel triduo ante Septemb. diem 2 pugna commissa est, sol tunc Virginem, non Leonem tenuerit, contra indicatum a Duca insignem characterem. Iacobus Bosius in historia ordinis militiae Hierosolymitanae annum prodidit Christi 1598, qui a vero longissime distat; ut et Bonifius *decad. 3. lib.*, dum obitum Temyris anno Christi 1599 accidisse scribit.

P. 68, 5. *ἵππος Ἀραβικός*] Hic et infra commendantur equi Arabici. Leunclavii locus in supplemento Annalium Turc. ad annum Christi 1584 confirmat principes Osmaneos his equis ut maxime agilibus usos fuisse. Zonaras in Romano Diogene de equis Arabicis talia scribit: οἱ γὰρ ἵπποι τοῖς Ἀραβικοῖς μὲν εἰσι τὴν πρώτην ὁρμὴν καὶ τῶν λοιπῶν ποδακέστα- V. 179 τοι, οὐκ ἐπιπολύ δὲ τὸν δρόμον ἐκτείνουσιν, ἀλλ' ἀποκναίουσιν τάχιστα. Arabum equidem equi primo impetu prompti et

prae caeteris celeripedes sunt, cursum vero per longum spatium statim deficientes minime continuant.

P. 68, 10. ζαρσίχιον] Ita appellatur ludus schacchorum ab Artemidoro in Oneirocriticis.

P. 69, 4. σιαχρούχ] Si Leunclavium sequimur, legendum erit σιὰχ ῥόνχ, quo Ducas noster id significare vult, quod Itali *Scacco matto*, Galli *Eschec mat* appellant, quando in Zatrichii ludo regulus ad angustias ita redactus est, ut mox capiendus et deturbandus in nullam amplius se movere possit partem, ut salvus evadat. Leunclavius lib. 12 Schach - Ruch duas distinctas voces facit, quibus rex Ruchus significetur: eo nomine sic vocatus est Temyris filius, qui Laonico Sachruchus dicitur, ad hunc schacchorum, ut mihi videtur, fudum alludebat Sinanes Bassa, cum anno 1583 allato nuncio cladis in Perside a Turcis acceptae, Sultano Morati III dixit *Schachum Schacho*, id est regem regi opponendam esse, ut res Turcorum a Persis fractas in melius restitueret.

P. 234 P. 69, 17. καὶ ψυχαγωγήσας καὶ παρηγορήσας] Ad eundem Leuncl. lib. 7 historiae Musulmanicae, ubi modum explicat quo Temyr Baiazitem excepit et habuit. Phranzes lib. 1 cap. 29, et Laonicus lib. 3 non longe a fine, sed uterque a Duca et Leunclavio dissentiunt.

P. 70, 11. ὁ δὲ Τεμύρ λαβὼν πλοῦτον] Crudelissimum et avarissimum fuisse Temyrem testantur Laonicus et Leunclavius.

P. 70, 17. ἔτι ὄντος τοῦ Παγιαζήτ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου] Leunclavius lib. 8 in principio omnes Baiazitidis filios enumerat, quorum nomina haec fuere, Ertogrul, Emir Suleiman, Mustapha Zelebis, Isa Zelebis, Musa Zelebis, Sultanus Mehemetes, Cassimes vel Cassumes Zelebis, occisus est Ertogrul in pugna contra Casim Bucharedinem; Mustaphas in praelio Temyriano periit. Suleimanes ex eo subtractus salvus evasit, etiamque Mehemetes rebus deploratis excessit. Isa Prusam seu Burusam venit, illicque imperii sedem habuit. Musa captus est cum patre; interea vero Cassumes in Scraio educabatur. hoc loco noster Mustaphae nomen omisit, eumque infra in pugna non occubuisse asserit. quem porro Esé vocat Ducas, eum Laonicus Iesum, Leunclavius Isam appellant; hodieque Turci dominum redemptorem nostrum *Prophetam Isam* vocant.

P. 70, 20. εἶχε δὲ καὶ ἐν τῷ οἴκῳ] Hic Mustaphas postea in scenam prodibit adversus Mehemetem, qui Musulmano, Mose et Esé seu Isa occisis, ac Mustapha hocce debellato, Osmanici imperii summam solus obtinebit. discrepat ergo Leunclavius a nostro tam in Mustaphae aetate quam in natu minimi nominæ, qui Orchanes nostro, Cassumes illi dicitur.

P. 71, 3. *ἐφ' ὧν οὖν τεχνίτας ὄρουκτας*] Laonicus lib. 3 prodidit a Baiazitis ducibus, non a Mehemete eius filio, tentatum fuisse, ut in libertatem ille assereretur, corruptis grandi pecunia Temyris fossoribus, qui cuniculum in eam partem in qua Baiazites erat egerunt, demumque in ipso opere deprehensi capti sunt. Leunclavius et Phranzes huius facinoris egregii et audacis nullam mentionem faciunt.

P. 71, 15. *πρωῖα δὲ παραστάς τῷ Τεμύρῳ*] Nescio quare Ducas caveam illam ferream ita reticeat, ut nullum de ea verbum ipse fecerit, cum accurate satis cetera recensent. equidem, ut quod sentio aperiam cum bona dissentientium venia, caveam illam, ad immanitatem et saevitiam Temyris-chani exaggerandam, commentos esse temporis illius homines ingenue dicam; vel fortasse manicas pedicasque ferreas, quibus noctu vinciebatur Baiazites, caveam ferream ipsos appellavisse.

Leunclavius lib. 7 narrationem Ducae partim confirmat, quae ad Chotziaferuzen seu Hozzapherizem-Begum spectat, ipsum nempe in pugna captum fuisse, at ipsi caput fuisse abscissum omisit, quod noster factum fuisse narrat.

P. 71, 22. Cap. 17. Hoc capite res gestas a Temyre accuratius Ducas quam Leunclavius aut Laonicus, narrat: Smyrnae praecipue expugnationem describit, quam optime ob locorum viciniam, bidui siquidem itinere Lesbos a Smyrna dissita est, nosse potuit; atque etiam ex principis Lesbi seu Mitylenes monumentis, qui Temyri honorem cultumque ad saevitiam eius iracundiamque devitandam exhibuit. Ducas vero illius Lesbi principis successor in praecipuis negotiis operam suam navavit, et inter eius maxime familiares ac consiliarios habitus est. Iacobus Bosius in hist. ord. militiae Hierosolymitanae Smyrnam a Temyre expugnatam fuisse prodidit, ut et Laonicus lib. 3, qui breviter expeditionem illam explicat et P. 235 machinas, quibus ad urbium expugnationem utebatur Temyr, describit. Leunclavius Smyrnam expugnatam fuisse non docet.

P. 72, 7. *καὶ σὺν αὐταῖς τὴν θυγατέρα Λαζάρου*] Leunclavius lib. 7 Lazari filiam, quae in superioribus Maria appellatur, ad convivium Temyris mandato venire iussam tradit: cum apud Zagataios Scythas id vitio aut dedecori non verteretur. Iniuriam nihilominus sibi fieri Baiazites Gilderum ex more gentis suae reputans, id aegerrime tulit. Videndus etiam hac de re Laonicus lib. 3.

P. 72, 11. *Ἀδραμύντιον*] Urbs maritima Phrygiae inferioris vel Lydiae Asso vicina, hodie appellatur Landrimyti, Ephesino olim metropolitae subdita.

P. 72, 19. *Ἀττάλη*] Notitia patriarchatus Cpolcos sub

Sardium metropolita habet Ἀτταλαίας Episcopum, alium ab eo, qui Sylaei seu Pergae metropolitae subest.

P. 73, 2. Νύμφαιοι] Veteres Geographi non meminerunt loci illius prope Magnesiam ad Sipyllum. Plinius in Asiae descriptione in Cilicia collocat Nymphaeum lib. 5 cap. 27. Ideo coniciere possumus, Nymphaeum, de quo hoc loco Ducas mentionem facit, multis saeculis Plinio et aliis Geographis posterius esse. de illo duobus locis Gregoras meminit, lib. 3 sub finem, traditque Iohannem Vataciam imp. illic obiisse. lib. deinde 6 appellatque Νύμφαιον τῆς Λυδίας. Logotheta quoque in Chronico Cpolitano.

P. 75, 10. μίαν πέτραν ἐνθεῖς, καὶ μίαν κεφαλὴν συναρμόσας] Genus illud structurae ad similitudinem reticulatae facta erat, de qua sic Vitruvius lib. 2 cap. 8 *Structurarum genera sunt haec, reticulatum, quo nunc omnes utuntur, et antiquum quod incertum dicitur: ex his venustius est reticulatum, sed ad rimas faciendas ideo paratum, quod in omnes partes dissoluta habeat cubilia et coagmenta.*

P. 76, 17. καὶ πρὸς τὴν Μιλησίω] In margine correximus Μυλάσων: in Caria enim fuit Mylassa vel Mylas, a Stephano etenim et aliis ita appellatur. in notitia Thronorum sub Cpolitano patriarcha, metropolitae Staurupoleos subiicitur Episcopus τῶν Μυλάσων, vel ut alius MS codex correctius exhibet τῶν Μυλάσων, et propterea Mylassum reddidimus, quod ad hodiernam pronunciationem magis accedit.

P. 77, 10. ἀπὸ δὲ Λαοδικείας ἐς Φρυγίαν Σαλονιαρίων] Quo in loco mortuus sit Baiazites, non prodiderunt Laonicus Phranzes et Leunclavius. animi aegritudine confectum obiisse docet Laonicus; causam addit Leunclavius, quod Baiazites a Temyre intellexisset fore ut Semerkandum transferretur, idque Ducas aliquatenus innuit. venenum a Temyre ipsi propinatum aliqui volunt, quod Leunclavius in calce lib. 7 hist. Musulm. scribit. Ducas in Phrygia Salutaria Turcis Carasar dicta Baiazitem diem supremum clausisse docet. locus autem ille Carasar, quo nomine noster Phrygiam Salutariam intelligit, procul dubio est quem Kara-Chisarem Turci appellant, id est arcem nigram; Graeci medii aevi locum illum μαυρόκαστρον, hoc est *nigrum castrum*, quem antiqui Corycum appellarunt, ut notat Leuncl. lib. 5 et cap. 144 Pandect. Turc. Contigit mors Baiazitis anno Hegirae 804, id est Christi 1402, postquam annos 14 regnasset. ita tradit Leunclavius lib. 7. at lib. 8 mortuum ait anno Hegirae 805. Laonici textus admodum depravatus est, qui annos 25 eum regnasse prodit. Orbinus scribit uxorem Baiazitis Lazari filiam Milievam (Ducas Mariam appellat) altero post maritum die obiisse; cui ut illuderet Temyr, vestes illius ad

pu'denda usque rescindi iussit, et eo habitu mensae accumbentibus ministrare coegit.

P. 78, 7. ἀλλ' ἐπανάωμεν] Post mortem Baiazitis interregnum constituunt Turcici Annales annorum 12, donec Sultanus Mehometes rerum summa et imperio potiretur.

P. 78, 11. Cap. 18. καὶ τὴν τοῦ Παγιαζήτ] Hoc loco P. 236 addidimus καὶ αὐτόν, absque quibus verbis constructio orationis claudicat.

P. 78, 22. ἔνα τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ] Ducas hoc loco duos Baiazitis liberos obsides datos ait, marem unum, feminam alteram nomine Phatma-Catun, at infra cap. 20 narrat tres obsides fuisse datos, duos mares impuberes et illam Phatmam; quorum alter, isque natu grandior, et Phatma redditi sunt, minor Cpoli remansit Christianisque sacris initiatus obiit. Leunclavius lib. 10, cui Suleimanicus titulus est, Suleimanem Graecorum auxilia sibi parare cogitantem, fratrum natu minimum Cassimem et sororem suam Sultanam Fatimam obsides dedisse tradit. Phranzes cap. 30 lib. 1 eum qui Christianus obiit, Iusuphum, id est Iosephum, appellat. porro Phatma seu Fatima Catun idem est ac domina Fatima, Italis *Signora Fatima*: ista enim vox *Caden* Turcis est quod Italis *Signora* ὁ *vero Madamigella*. Armeni Cadun vel Catun per u Italicum pronunciant. nomen illud Fatima Turcis familiare est ac venerandum: sic enim appellabatur unica Muhamedis filia, quam ex Aische Ebubekiris filia suscepit et Hali patrueli suo nuptam dedit.

P. 79, 3. τὰ τοῦ Στρυμόνος] Strymon Macedoniae fluvius est, Zetunium oppidum est cuius Episcopus Larissaeo secundae Graeciae metropolitae olim suberat, et ad Thermopylas situm Sperchii fluminis ripis adiacet. Laonicus lib. 2: τὸ τε Ζητούνιον τὸ ἐν Θερμοπύλαις. Sperchius olim, postea Ἀγριομέλας appellatus est, qui in sinum Pelasgicum, hodie *del Volo* appellatum influit. Zetunii mentionem faciunt Iohannes Curopalata Scylitza in Basilio et Constantino, et in iisdem Georgius Cedrenus.

P. 79, 8. Λεοντάριον] Pro *Λεοντάριον* more vulgaris idiomatis. huius Demetrii meminit Phranzes lib. 1 cap. 39.

P. 79, 7. εἰρηναίαν κατάστασιν ποιήσας] anno Hegirae 805, Chr. 1402. coepit Hegirae annus Augusti die 1.

P. 79, 22. καταβὰς τοίνυν ὁ Καρμιάν] Leuncl. lib. 7 hist. Musulm. narrat Temyrem principibus a Baiazite spoliatis ditione restituisse. qui hic vocatur Carmian Alysar, Laonico Caramanus Alosurii dicitur lib. 2. videndus Leuncl. in Pandectis hist. Turcicae n. 56.

P. 80, 4. Παγιαζήτ υἱοῦ] Leunclavius libb. 9, 10 et 11 hanc fratrum lanienam stragesque narrat. lib. 9, quae ad-

versus Isam - hegum gessit Mehemetes, exponit: Temirtasem a partibus Esè vel Isae stetisse, et a militibus Mehemetis occisum fuisse, Isamque, postquam se fugae commisit, nusquam conspectum fuisse tradit, verum noster Temirtem, qui cum Temirtasi idem est, Mehemeti militasse affirmat, Laonicus lib. 4 Iesum seu Isam contra Musulmanum bellum gessisse et captum praelio morte affectum fuisse scribit; cui Phranzes lib. 1 cap. 30 consentit, sed quod lib. 10 initio dicit Leunclavius verissimum est, Laonici narrationem confusam et mutilam esse, ex qua vel acutiores sese extricare et expedire vix possint. Becani Annales et Historia Verantiana, eodem Leunclavio teste et eos improbante, Isam a Musa occisum tradunt.

P. 80, 15. *Ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἰωνίαν μέρει*] Huius Cineitis mentio frequentissima est in hac nostra historia. Laonicus libb. 4 et 5 de eo verba fecit, et *Ζωνναίτην* appellat. Leunclavius eius meminit primum lib. 10, in quo Duxne seu supposititi Mustaphae historiam contexit, eumque *Τζυνεϊτ* nominat. Ducas ubique *Τζυνεϊτ* habet, quod nomen Cineitem reddidimus, ita ut ci prima syllaba pronunciatione Italica efferatur. hic Cineites a Leunclavio Ismyroglii, id est Smyrnae principis filius dicitur: Ducas vero eum Kara-Supassi id est nigri Subassi filium fuisse prodit, et Adinis seu P. 237 Atinis filios, qui Ismyroglii et Smyrnae principes erant, Ionia expulisse: obiter hic lectores monebimus, in enarrandis interregni rebus Ducam nostrum a Laonico et Leunclavio multum differre.

P. 81, 12. *ὁ καὶ Ὀμοῦρ καλούμενος*] Homur iste fuit frater Esè seu Isae, et uterque Homuris illius nepotes, cui Smyrna ab equitibus militiae Hierosolymitanae erepta fuit, uti supra cap. 7 narratum. vocantur autem isti Atinis filii, quod ab Atine Turcorum duce genus duxerunt: filiorum nomine etiam nepotes et posterii continentur.

P. 81, 14. *Ἐλιέζπηγην*] id est Eliam - hegum ex Mantachiae posteris.

P. 82, 15. *Μάμαλος ὀνομάζεται*] Hoc castrum ad maris litus situm fuisse, quae mox sequuntur, ostendunt; et fortasse illud est, quod tabulae Geographiae Guillelmi Blaeu ad sinum Halicarnassi vel castrum S. Petri situm ostendunt et *Castelmarmora* appellant, habent equidem Strabo Ptolemaeus et Stephanus *Μάλλον ἐν Κιλικίᾳ*, sed non est ille de quo noster hic verba facit, quippe situs est Mallus in extrema fere Cilicia versus Amani portas et Issum; Mamalus vero in Caria esse debet. Turci *Mermere* appellant, unde in Rhodum brevis est traiectus.

P. 83, 11. *Ἀπήνης καθολικός*] Legatus generalis seu Vice-

rius Atinis, id est Adinensis ditionis, quam Turci Aidin-
ili appellant: cum Homure enim ab Atine orto affinitate con-
tracta, soceri sui vicarius generalis proclamatus est.

P. 83, 15. τοῦ Ἑρμοῦ ποταμοῦ] Hermus est qui
Smyrnaeos campos alluit.

P. 84, 2. ὁ δὲ Μουσουλμὰν μὴ φέρων] Expeditio-
nem suscepisse hunc Musulmanum seu Soleimanem adversus
Mehemetem, et in Asiam transiisse, Leunclavius lib. 10 ex
Hanivaldana historia tradit.

P. 85, 4. τῷ κάμπῳ τοῦ Μαινομένου] Hodie retinet
idem nomen, et ab omnibus Smyrnae incolis appellatur *Μαι-
νεμαι*, *Menemé*. planities camporum illa quam Hermus alluit,
Smyrnae eiusque sinui a Septentrione obiacet. fertilis est
ager, vini generosi, peponum aliorumque fructuum ferax.
ille locus est de quo Leunclavius lib. 6 mentionem facit,
eumque in Sarchanis seu Saruchanis ditione situm fuisse et a
Turcis *Metmen* appellari docet; ubi tunc temporis salis of-
ficinae erant.

P. 85, 7. Μισσαύλιον] De illo loco nihil legi. si cui
forte appellatio loci illius corrupta videtur, dispiciat num ex
νεάς ἀνλῆς degeneraverit; quam urbem Catalogus seu Noti-
tia episcopatum sub patriarchali Cpoleos throno constituto-
rum refert suppositam esse Ephesio metropolitae.

P. 85, 19. μαθὼν δὲ τοῦτο ὁ Τζινετή] Vaser admodum
ac versipellis hic Cineites fuit, ingenioque tam versatili prae-
ditus ut saepius ad contrarias partes transierit. diurnos
carceres toleravit in Lemno, et tandem a ducibus Sultani
Moratis captus vitam laqueo finivit.

P. 87, 10. πρὸς Γαλήσιον ὄρος] Mons ille Galesius
Epheso vicinus est, et procul dubio nomen ab urbe Galesio V. 181
trahit, cuius meminit Stephanus de urbibus. *Γαλήσιον πό-
λις Ἐφέσου. Παρθένιος ἐν ἐπικηδεῖῳ τῷ εἰς Ἀῤῥίθαμιν. Ga-
lesium urbs Epheso subdita. Parthenius in Auxithemin episcopio.*
Abrahamus Ortelius de illo monte perperam opinatur,
cum vicinum Cpoli illum facit, et Gregoram, ut suam tueat-
ur sententiam, adducit.

P. 87, 18. πῆξας οὖν τὰς σκηνάς] Lib. 10 hist. Mu-
sulm. notat Leunclavius hunc fuisse Soleimanis seu Musulma-
ni genium, ut diurnis, aliquando quadrimestribus compo-
tationibus indulgeret; quae ignavia ac socordia ultimam per-
niciem ei tandem attulerunt.

P. 87, 23. Cap. 19. Leunclavius lib. 10 Mosis adver- P. 238
sus Suleimanem seu Musulmanum gesta narrat, auctorumque
dissentientes narrationes notat.

P. 88, 2. Σπεντιάρ] Isfendiares a Leunclavio appel-
latur, eiusque genealogiam descripsit. a Turcis Omeroglii et

Isfendaroglii appellati sunt. Laonicus lib. 4 Mosem ad Sinopem principem profectum esse etiam narrat.

P. 88, 6. Μύλτζη βεηβόδα] Mirkien Iftakum seu Marcum Valachum appellat illum Leunclavius; Laonicus lib. 4 Myrxen. hic est Dani frater, de quo infra fit mentio cap. 20.

P. 88, 20. Σαλαγρούζω δὲ Νέγρω] Annales Genuenses nullam isto tempore huius Nigri mentionem faciunt. cuiusdam alius, qui saeculo superiore vixit, nomen ab illis celebratur.

P. 89, 9. τῶν ἀχρίδων] In MS lib. bibliothecae Regiae catalogus urbium et locorum, quorum nomina mutata sunt, extat; in eo πρεβέλλης ἢ ἀχρίδα. in alio MS eiusdem bibliothecae extant formulae inscriptionum et subscriptionum, quibus Cpolititanus patriarcha in litteris ad papam patriarchas et metropolitans utitur. inter illos extat πρὸς τὸν Ἰουστινιανῆς, his verbis: μακαριώτατε ἀρχιεπίσκοπε τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς Ἀχρίδων καὶ πάσης τῆς Βουλγαρίας ἐν ἀγίῳ πνεύματι ἀγαπητὰ ἀδελφὰ τῆς ἡμῶν μητρόπολιτος. beatissime archiepiscope Iustinianae primae, Achridarum, et universae Bulgariae in Spiritu sancto dilecte modicitatis nostrae frater. ex his istis verbis videri posset Iustiniana prima differre ab Achridis, illaque esse urbs, haec regio dici posset; cui conveniunt verba libri MS 1932 bibliothecae Regiae, Θράκη ἐστὶν ἢ Ἀδριανούπολις μέχρι τῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς Σοφίας καὶ τῆς Βουλγαρίας καὶ τῆς Ἀχρίδος καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς. Thracia ab Adrianopoli ad Cpolim extenditur, et Sophia Bulgaria et Ochride eiusque partibus terminatur. ita ut Ochris seu Achris pro provincia et regione hoc loco, non pro urbe accipiatur. Iustinianam primam Turci Giustandil appellant. urbs Achris a Gregora lib. 5 in Macedonia collocatur, quae et Bulgarici regni in Illyricum usque protensi pars fuit. libro etiam 2 habet περὶ τῆς ἀρχιεπισκοπῆς τῆς Βουλγαρίας τῆς καὶ Ἀχρίδος καλομένης, de archiepiscopatu Bulgariae, qui et Achridis dicitur, cuius metropolis Iustiniana prima dicta. Georgius Logotheta in Chron. de Achridis mentionem facit. Laonicus lib. 1 Macedoniae urbem Ochridem nominat. Acta etiam Leonis papae IX adversus Michaellem Cerularium et Leonem Achridae episcopum urbem esse clare exponunt. in illis extat epistola Michaelis et Leonis quae sic incipit: Michael universalis patriarcha novae Romae et Leo archiepiscopus Achridae metropolis Bulgarorum dilecto fratri Iohanni Cannensi episcopo. Cantacuzenus etiam πόλιν ἐσπέριον eam appellat lib. 2 cap. 20, ita ut dubium omne tollatur et Achridam esse urbem constet.

P. 90, 4. ὁ δὲ Μουσουλμάν] Eius mortem eodem fere modo accidisse Beccani Annales et historia Verantiana narrant, dissentit ab illis Hanivaldana, videndus Leunclavius lib. 10, ex quo annum devicti Musulmani textus margini adiecimus. Laonicus lib. 4 rem aliter quam alii narrat.

P. 91, 19. Καβούρ] Gaurum et Gauros scribit Leunclavius, Turci Giaour dissyllabum Gallica pronuntiatione sic verbum contumeliosum est, quod *infidelem* significat. Moses porro fratrem suum Musulmanum Gaurum seu infidelem appellat ob foedus cum imperatore Manuele ab eo percussum obsidesque fratrem ac sororem datos.

P. 91, 21. τὴν ῥομφαίαν τοῦ προφήτου] De Halis P. 239 acinace hic locus intelligendus est; de quo Leuncl. hist. Musulm. lib. 1 ex Arabum et Turcorum monumentis sic disserit. *hinc illae Muhametanorum fabellae de illius Sulficare (sic Alis acinacem nominare consueverunt) quem narrant, quoties vagina educeretur, ita se divisisse ut geminus efficeretur, cubitos 18 longus, et Alim eo contra Gauros utentem ab utroque latere non aliter ipsos ac segetem messorum prosternere solitum, ac montes etiam seu scopulos eo dissecurisse. mos indidem inolevit ut in militaribus signis Musulmanorum hic Alis acinax, sive Sulficar, velut inauspicatus Christianis, faustus ipsis exprimatur.* in superliminaribus quarundam aedium publicarum Cpoli hoc Sulficar expressum bifidi ensis figura vidi, et gladium Halis appellari ab incolis audivi. hoc *μορμολυκείω* et terriculamento pavorem Christianis iniicere gens viribus suis nimium confisa credit.

P. 92, 10. πρῶτον μὲν ἐν Σερβίᾳ κατέδραμεν] Adeundus Leunclavius lib. 11 hist. Musulm. a Muhamede per legatos ad foedus amicitiamque contrahendam Manuelem imperatorem sollicitatum Verantiana et Hanivaldana historiae tradunt, illa victum a Mehemete Mosem primo congressu, haec vero secundo praelio asserit, et utraque Mosem in fratris sui Mehemetis manus vivum devenisse affirmant. de Mose Laonicus lib. 4 adeundus. Phranzes etiam lib. 1 cap. 30 istorum Baiazitum filiorum res gestas narrat; nostroque consentit, cum semel atque iterum victum Mehemetem a Mose recessisse, tertio tandem praelio victoria potitum esse scribit.

P. 95, 15. πᾶν τὸ ἐν μετώποις γραφέν] iuxta mentem Musulmanicae religionis, quae praedestinationem inevitabilem adstruit, nihilque ex hominis voluntate libera fieri asserit.

P. 96, 13. ἔπεσεν] Moses vincitur et interficitur anno Hegirae 816, qui coepit anno Christi 1413, Aprilis 3 feria 2.

P. 97, 7. Cap. 20. Leunclavius libb. 12 et 13 eorum quae inter Manuelem imperatorem et principes Othmanicos gesta sunt, nihil attigit.

P. 97, 23. τῶν Ἰωαννίνων] Urbs Epiri sub metropoli Naupacti Actoliae, olim Cassiope appellata, nunc Iohannina.

P. 98, 9. στείλας εἰς τὸν ῥῆγα Ῥωσίας] De his nuptiis pauca Phranzes lib. 1. cap. 38. illius Annae a Rbosia seu Russia obitum accidisse anno 6925, Christi 1417, et peste consumptam fuisse scribit.

P. 98, 19. ὁ δὲ ἄλλος] Hunc filiorum Baiazitis natum minimum Christianum fuisse testantur Laonicus lib. 4, qui Iesum eum appellat, et Phranzes lib. 1 cap. 30, eique Iesuph sen Iosephum nomen fuisse tradit.

P. 100, 1. καὶ στείλας ἐν Ἰταλίᾳ] Hae secundae Iohannis Imperatoris nuptiae iuxta Phranzem celebratae sunt anno 6927, Christi 1419, Ianuarii 19, ita ut biennium intercedat ut plurimum inter mortem Annae a Russia et secundas istas nuptias, nequaquam vero triennium secundum Ducae calculum, qui hanc alteram Iohannis uxorem Sophiam appellatam eximia et absoluta pulchritudine nitentem ironice describit, eiusque partes anteriores Quadragesimae, posteriores Paschati, proverbio non nimis honesto, comparat. hinc V. 182 facie macilenta nec florida deformemque fuisse concludere licet. de illa Laonicus lib. 4 non longe a fine: illam narrat *ἐπισικῆ μὲν τὸν τρόπον, ἀγδῆ δὲ τὴν ὄψιν, μορίβις κινδὴν honestis, sed ingrata ac deformi facie fuisse.*

P. 101, 1. ἡ δὲ βασιλις ὄρωσα τὸ ἀμπαράειον] Cap. ultimo lib. 1 Phranzes eam aufugisse testatur anno 6934, Christi 1426, Augusto mense.

P. 240 P. 101, 16. ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουὴλ ἐκώλυσε] Phranzes et Ducas dissentiunt in assignando tempore quo Sophia in Italiam aufugit. Ducas Manuele superstite id factum tradit: contra vero Phranzes iam obiisse diem Manuelem adstruit, fato siquidem concessit Manuel, ut refert Phranzes lib. 1 cap. ultimo, anno mundi 6955, Christi 1425, Iulii die 21. Sophia vero anno 6954 mense Augusto aufugit, post mortem scilicet Manuelis, aliud etiam hoc loco notabimus circa temporis momenta a Phranze indicata de Manuelis obitu et Iohannis initiis, mors Manuelis contigit anno praedicto 6955, Iulii 21. capite deinde primo lib. 2 narrat anno 6954 mense Augusto rerum summam ad Iohannem imperatorem devolutam fuisse. quod equidem verisimile mihi non videtur, Iohannem iam coronatum imperatorem post annum a morte patris Manuelis rerum summam adeptum esse. Phranzem ergo, aut qui illum transcripsit, errasse puto, vel pro Septembre mense Augustum

scriptisse; vel si Augusto mense Iohannes imperii administra-
re res coepit, pro anno 6934 legendum esse anno 6933.

P. 102, 9. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης] Phranzes lib. 2
cap. 1 anno 6935, Christi 1427, Augusti 29 Mariam Trape-
zuntinam Cpolim advenisse, et anno 6936, eodem Christi
anno 1427, mense Septembri nuptiarum solemniam celebrata
esse scribit, at Laonicus rerum ordinem perturbans narrat,
postquam marchionis *Μονφεραρίας* filia aufugisset, aliam
uxorem Iohannem duxisse ἀπὸ τῆς Σαρματίας τοῦ Σαρμάτων
ἡγεμόνος θυγατέρα. *e Sarmatia, Sarmatarum*, id est Russiae
seu Moscoviae, *regis filiam*. quod duobus testibus Ducae et
Phranzi repugnat, qui tertiam Iohannis uxorem Trapezunti-
ni imperatoris filiam esse asserunt.

P. 102, 15. ὁ βασιλεὺς δὲ ἀπάρας ἀπὸ Κωνσταντι-
νουπ.] Auctor noster trium uxorum Iohannis historiam di-
gressionem usus hactenus pertexuit. redit deinceps ad narratio-
nis seriem, exponitque Manuelis in Peloponnesum profectio-
nem; quam imperator hicce anno adventum Annae a Russia
sequenti teste Phranze suscepit, mundi nempe 6923, Christi
1415, cuius mense Martio die 23 in Cenchreorum portum
salvus venit. anno deinde sequente 6924 Cpolim rediit. pro-
fectionis illius mentionem facit Laonicus lib. 4, Hexamilium-
que, quod et Phranzes testatur, ab eo reffectum. Martinus
papa V indulgentias plenarias postea concessit illi qui ad He-
xamilium propugnandum abire vellent. quoniam vero de Cen-
chreorum navali et portu hic mentio iniecta est, lectorem ad-
monebimus Leunclavium lib. 14 hist. Musulm. et in Pandectis
historiae Turcicae cap. 120 nec sibi constare nec veritatem
adsecutum omnino esse. non sibi similis est, quod lib. 14
Geremen in Isthmo Corinthiaco prope Corinthum collocet,
cap. vero 120 Pandect. in Laconia seu Tzaconia. quod impos-
sibile est in duobus locis eandem urbem sitam esse. verita-
tem partim adsecutus est, cum Geremen in Isthmo Corin-
thiaco prope Corinthum sitam dixit: at Corinthus non est,
sed Cenchreae in Saronico sinu, ubi quondam fuerunt Corin-
thiorum navalia.

P. 103, 6. Cap. 21. Leunclavium hist. Musulm. lib. 12,
et in Annalibus Turcicis, expeditionis Mohamets contra Ci-
neitem, qui illi Ismyroglus est, nullum verbum facit; sed
adversus Caramanum in Asiam movisse scribit.

P. 103, 22. εἰς Κύμην] *Κύμη πόλις Αλολίδος πρὸ
τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος*. Stephanus de urbibus.
idem Strabo lib. 11. Dominicus Marius Niger vult esse Pho-
caeam novam, quae Lesbo obiacet.

P. 104, 3. τὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου λεγόμενον] Notitia me-
tropoleon sub Smyrnae throno habet ἐπίσκοπον τοῦ Ἀρχαγγέλου

γέλον; qui procul dubio is est, cuius hic nomen a nostro refertur.

P. 241 P. 104, 6. τὸ Νυμφαίων] Urbis istius nomen in partibus Aeolidis Lydiae aut Ioniae in antiquis Geographis non reperitur: Ptolemaeus Strabo et Stephanus in Taurica Nymphaeum habent inter Panticapaeum et Theodosiam. Abrahamus Ortelius huius nostri in Lydia Nymphaei nullum verbum facit, at Gregoras duobus in locis de eo loquitur oppido. lib. 2 in fine, ubi de Iohannis Ducae obitu, qui in eo obiit: *περὶ τὸ Νυμφαίων τότε ποιούμενος τὰς διατριβὰς*, et lib. 6 cap. 13, ubi de Porphyrogenito verba facit: *ἐπὶ δὲ τῶος περὶ τὸ Νυμφαίων τῆς Λυδίας ἐτύγγαν* etc.

P. 105, 3. *πυκταχοκομιστοῦ*] Phavorinus, *πυκτὸς κινᾷς παρ' Ὀμήρω, τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τοῖς ὕστερον δηλοῦς πυκτὸς apud Homerum abacum seu tabulam significat, apud recentiores epistolam.*

P. 106, 22. *ὁ δὲ μέγας μαγίστωρ*] Magnus magister militiae Hierosolymitanae tunc fuit Frater Philibertus de Nailaco, natione Gallus, et antequam magnus magister electus fuisset, Aquitaniae Prior. creatus fuit sociorum suffragiis anno 1395, ut lib. 4 tradit Iacobus Bosius. anno 1409 Pisas appulit ad Concilium proficisci cogitans, et Constantensi interfuit. Rhodum deinde rediit anno 1420, et sequenti 1421 obiit, ut idem Bosius lib. 5 testatur. verum de illius incepto Smyrnae castrum iterum excitandi deque cum Sultano Mehemete colloquiis verbum nullum facit.

P. 109, 3. *τοῦ Σουσμανοῦ*] Susmanus ille Mysiae inferioris dux fuit, a Baiazite vivus captus et in carcerem detrusus. ut vitam impetraret, filius patri cognominis musulmannissavit, quod a Leunclavio lib. 5 scriptum est. Susmani Laonicus quoque lib. 1 mentionem habet. Cantacuzenus meminuit etiam lib. 3 cap. 2 Sismani; qui Michaelis Mysorum regis filius erat, qui ad Turcos primum, deinde Cpolim profugit. illum repetebat Alexander Mysorum rex, qui Michaeli successerat.

P. 109, 7. *κατὰ τοῦ Λουκὸς Ναξίας*] Leunclavius de illo bello et praelio nihil habet. Laonicus, lib. 4 non longe a fine, more suo confuso et intricato illud narrat, et classis Venetae ducem fuisse Petrum Lauredanum asserit. a Duce dissentit in eo quod scripsit de Venetis, *τὴν τε Λύμψαν πολιορκίᾳ παρεστήσαντο, καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπον, καὶ αὐτοὶ ὤχοντο ἐπ' οἴκου ἀποπλέοντες, Lampsacum deditione acceperunt, impositoque praesidio domum renavigarunt.* Ducas ipsos frustra tentasse scribit et Cpolim navigasse. Phranzes lib. 1 cap. 31 paucissimis verbis de illo bello disserit, ducemque classis Venetae Petrum Lauredanum fuisse notat.

P. 109, 18. Ἀδριανοῦ κόλπον] Improperie appellat V. 182 Adriai sinum, mare Hadriaticum ab urbe Hadria nomen habet, non ab Adriano. notandum porro per sinum Adriaticum hic intelligi mare Ionium, quod Siciliam et Peloponnesum interfluit, et hodie a nautis *il Golfo* adhuc appellatur.

P. 111, 22. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις] Hanc de nova secta historiam persequitur Leunclavius lib. 12 et in Annal. Turc. Bedredinis Semavinae F. nomen nostro ignotum est, sicut etiam monachus Cretensis Leunclavio ignotus. magna singularique prudentia Sultani Mehemetis huic nascenti sectae itom obviam, quae seditiones et tumultus excitasset; P. 242 quales postea contigerunt sub Soleimane anno 1526 in Asia minore excitati, ut lib. 18 Leunclavius notat.

P. 112, 1. ὁ κοινῶς καλοῦσι στυλᾶριον] Nautae Itali in tabulis suis nauticis loci illius nomen *Capo Stilari* habent; eumque a Smyrna milliariibus 40, Phocaea veteri (*Foia Vecchia*) milliariibus 20, a Chii sancta Panagia milliariibus 10 distare asserunt. Dominicus Marlus Niger in Comment. Asiae primo, disserens de Chersoneso Chalcitide, talia scribit. *in cuius altero cornu promontorium est Numantis* (Mimantis dicendum erat), *quod recentiores caput Stilari appellant.* antiquis temporibus *μέλαινα*, ut Strabo lib. 14 refert, appellabatur, inque eo promontorio latomiae molarium lapidum erant. quae appellatio antiqua hodiernae Turcicae respondet: appellatur enim hodie Kara-borra, Kara-bornu vulgo pronunciatur, id est niger nasus seu nigrum promontorium. fallitur Leunclavius lib. 12 cit., qui Caraboru vel Caraburum Lyciae oppidum, Turcicamque appellationem inde derivatam putat. Caraborum, ubi secta illa increverat, in Aidinensi ditione situm est, cui Adin seu Atin imperaverat, cuius pars Ionia fuit. Caraborum illud seu Caraboru promontorium est altissimum, quod sinum, cui Smyrna adiacet, intrantibus ad dextram obiacet.

P. 113, 8. ὁ τοῦ Σουσμανοῦ υἱός] Historiae Turcicae, quas edidit Leunclavius, expeditionum ab Alexandro Susmano et Hali-bego in sectae novae auctorem eiusque sequaces susceptarum non meminerunt: ultimae, cuius Morates Mehemetis filius et Baiazites Mesazon duces fuerunt, solummodo meminere. illubenter enim Turci se victos fatentur, nec hactenus nisi semel atque iterum praelio fractos fuisse se agnoscunt, bello nempe Temyriano et navali ad Naupacti, *Lepanto* vulgo, sinum, a foederatis cum Veneta republica principibus Christianis superati. quem porro Ducas Bercligiam Mustapham, Leunclavius Buruglusem Mustapham appellat.

P. 114, 19. τετέ] Pronunciatur *dede*, qua appellatione viris sanctitate ac gravitate praestantibus venerationem exhibent. *dede* Turcice *avum* significat. Dervisium quendam

ab ipsis *Sidik Dede* appellatum audivi, id est *intime fidelium*, quod honoris causa ab ipsis factum: secundus enim a praesule Dervisionum erat.

P. 115, 15. Cap. 22. ὁ δὲ προορηθεὶς μέγας μάλιστα] Philibertus de Nailaco appellatus.

P. 116, 8. ἐλευθέρουσ γράφεσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρον] Bosius lib. 4 Hist. ord. milit. Hierosol. scribit anno 1599 Smyrnā a Temyre expugnatam, statimque magnum Magistrum in Cariam cum classe navigasse, locum illic situ tutissimum inter sinus Ceramicum et Iasium, qui hodie *Golfo di San Pietro* appellatur, ubi quondam steterat Halicarnassus, occupavisse, et S. Petri castrum aedificavisse. de quo sic loquitur Bosius, *il quale fù poi di gran gloria e riputatione a quest' ordine, e di grand' utile alla Christianità.* additque canes in eo castro nutritos fuisse, qui interdum vincti, noctu ad castri custodiam emittebantur; quorum adeo exquisita erat sagacitas, ut Christianos a Turcis olfactu dignoscerent, hos dilaniarent, illos ad castri portam salvos deducerent. libro quoque 5 idem Bosius de isto castro disserit. notandum ergo discrimen quod inter Ducam et monumenta a Bosio in historiam suam relata intercedit, quorum tempora annis, ut minus, 17 a se invicem distant. si quae Ducas scripsit vera sunt et anno 1416 vel 1417 acciderunt, non potuit magnus magister, qui tunc Concilio Constantiae intererat, Smyrnā venire, P. 243 castrum reficere, et cum Mehemete colloqui: oportet itaque legatum magni magistri aliquem, qui classi praesesset, a Duce magnum magistrum appellari. porro verosimile non est Rhodios istos anno ipso, quo Smyrna a Temyre capta est, castrum sancti Petri in Caria aedificasse: totus enim ille Asiae tractus a Temyriano exercitu occupatus erat. praeterea Smyrnae situs opportunus magis est in medio fere intervallo Ponti Euxini et maris Carpathii, cum S. Petri castrum in Caria, Asiae minoris angulo locatum sit. hac de causa prius tentasse Rhodios Smyrnā iterum occupare quam alias sedes quaesivisse. et procul dubio Smyrnā facilius confugere poterant Christiani, et in libertatem se vindicare; quod iis quidem utile erat, atque etiam illi Rhodiorum equitum societati, qui ex illa confugientium multitudine socios navales volonesque remiges legere poterant, et ad navales expeditiones excursionisque eorum opera uti.

P. 116, 11. ὁ δὲ Μσχμέτ] Haec est expeditio cuius meminit Leuncl. l. 12.

P. 117, 5. Μουσταφᾶς] Hic est Mustaphas, de cuius natalibus controvertitur. historici Musulmani, quos sequitur Leunclavius, supposititium esse contendunt, eum propterea *Dusme* lingua Turcica appellant. Phranzes lib. 1. cap. 53

legitimum eum fuisse asserit Moratisque secundi patrum, ab eoque victum et strangulatum. Laonicus lib. 4: *Μουσταφᾶς γέ τοι ὁ τῶν Παισιζήτεω παίδων εἷς, Βαϊαζήτις filiorum ipsius Mustaphas*. Ducas pariter illius filium fuisse asserit, idque adversus reclamantes Turcos contendit. Leunclavius porro et Phranzes eum innotuisse sub Morate II tradiderunt, Laonicus sub Mahomete Moratis patre; qua in parte cum nostro sentit. atque in enarrandis primordiis tumultus ab isto Mustapha excitati, Cineitis ad eius partes transitu amborumque carcere mediocris est.

P. 117, 21. *μέχρι καὶ τῶν πυχλῶν Θεσσαλονίκης*] Laonicus dicit Thermam venisse, captos Cpolim deductos fuisse: verum auctoris nostri narratio amplior est et circumstantiis appositis lucidior. in margine editi Laonici anno 1615 Coloniae Allobrogum Therma vocatur Thessalonica: Therma equidem a Thessalonica non longe abest, et sinus Thermaici oris utraque adiacet. posterioribus temporibus Thessalonica appellata est quae olim Therma, si verum est testimonium auctoris, qui Catalogum descripsit urbium aliquot quorum nomina mutata sunt: *Θέρμη καὶ Ἡμαθία ἢ Θεσσαλονίκη*. extat in MS lib. 1334 bibl. Reg.

P. 119, 21. *περὶ οὖν τῶν προσφύγων*] Manuel imperator, ut principem summum, alienae clientelae non obnoxium, generosum ac magnanimum virum decet, Mehemeti respondit. indignum enim se facinus flagitiumque admisisset, seque Mehemetis subditum ac clientem confessus fuisset, si asylo ac hospitalitatis iure violato confugientes ad se Mustapham et Cineitem tradidisset.

P. 121, 25. *ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*] Infra huius Theologi, qui Corax dicebatur, scelera et proditiones, ob quas acerbissimo supplicio multatus est, latius explicantur; cuius apud alios nullum verbum invenio.

P. 123, 15. *Θολλόγου*] *Θολλόγος* sordium aut faecium collector. *Θολός* enim significat caenum, sordes, faeces.

P. 124, 7. *παρελθούντος οὖν τοῦ Μαχουμέι*] Mortem V. 184 Mahometis I anno Hegirae 824, qui coepit anno Christi 1421 Ianuarii 6, feria 2, Annales Turcici contigisse volunt. Leunclavius et alii, quo perierit morbo, non scripsere.

P. 124, 20. *κατέλιπε τὸν πρῶτον τῶν υἱῶν*] Leunclavius lib. 12 ita tradit, imperii heredem primogenitum filium suum Mehemetem morientem declaravisse, et ut quam celerime accerseretur ille, mortemque suam in occulto Bassae tenerent donec advenisset, iussisse. idem factum Morate II mortuo, eiusque mors celata, infra cap. 33.

P. 124, 24. *οὗς ἦρχε Καραιουλόου*] Hic Karaiulucus sive Kara - oilucus apud Leuncl. lib. 14, hist. Musulm. filius

P. 244 habuit nomine Habilem a Damascenis, id est Mizirensibus seu Aegyptiis, in servitutem redactum. Laonicus lib. 5 Carailuci filios Lencarnas appellatos dicit. Turcice porro Kara-oiluc idem est ac Latine *nigra meridies*; sicque a calore dimatis et terrae colore appellatur Mesopotamia. eodem quoque libro notat Leunclavius Kisulis Cozzae, hoc est *rubrisenis*, filios Amasianam provinciam seu Sangiacatum atrocissimi infestasse, eosque auctores fuisse Chasani-bego Dulqadiris filio et Habili-bego Kara-oiluc-oglio in eas provincias pariter grassandi; quos Cozzae filios Iorguzes Bassa captos occidit, et Turcomannis praedas agendi facultatem in posterum ademit.

P. 125, 17. Παιαζήτ] Hunc Baiazitem fuisse Vezir-azemum seu summum ex Leunclavio intelligere licet. ille enim post Mehemetis mortem communicatis cum Chasi-civase et Abrahamo Bassa consiliis res omnes usque ad Moratis adventum administravit. quae porro de officiis Mehemeti a Baiazite Bassa praestitis, quaeque de aerumnis quas ille post Temyrianam pugnam toleravit, nullus praeter nostrum Ducam narrat.

P. 126, 9. μονοχίτωνος] Per monochitonem Dervisium seu monachum Musulmanum tunica una indutum intelligit.

P. 126, 24. ἐν τῷ ἄρτι καὶ ἄλατι] Baiazitem Bassam per panem et salem, quos ei praeberat, adiuravit Mehemetes, quae ipsi mandabat, exsecuturum se esse, apud Leuncl. lib. 10 Emirem Saleimanem alloquitur Hali-Bassa, et de suorum imminente defectione eum monet, et verba ista adiiicit, *nec ab alio putes admonitionem hanc animo profisci, quam illius hominis qui diu et copiose patris tui panem et salem comedit.* dominus itaque hoc historiae huius loco adiurat per panem, quo victus praecipue constat, et per salem, quo edulia condiuntur magisque grata palato parantur; quorum nomine servus domino tenetur.

P. 127, 7. τὰ δὲ δύο ἀνηβα ὀκτοῦτη] Tres ergo solam mares superstites liberos reliquit Mehemetes. at Leunclavius quatuor fuisse ex Verantiana historia asserit lib. 12 et 15 in Dusme Mustapha. mares quinque susceperat, sed Ahemetes tertio-genitus res humanas ante patrem reliquit. fuerunt ii Morates; Mustapha, Ahmet, Iusuphus et Machmutes. Laonicus lib. 4 sub finem alio modo de Mehemetis liberis eiusque testamento disserit, duos scilicet illi tantum Moratem et Mustapham fuisse filios, huicque Asiae, illi Europae imperium dedisse; quod ita verisimile non est.

P. 128, 6. θανάων δὲ Μαχουμέτ περ] Paulo antequam obiret, occultari mortem suam, donec filius suus Morates adveniret, iussit.

P. 129, 9. Cap. 25. καὶ διὰ ταχυδρόμου τινός] Cur-
sor ille erat primus Cesnegir, id est praegustator, nomine
Elvan-begus.

P. 130, 16. συλλέξαντες ἐκ πασῶν τῶν γενεῶν] Mo-
rates primus nomine huius militiae Genitzerorum ex nationi-
bus cunctis collectorum auctor fuit, sapienti equidem pru-
dentique consilio usus. inexhaustus enim fundus ille militum
est, qui a nullo praeter principem praemiorum spe depen-
dent, cuius non solum mancipia sed etiam alumni ac veluti
filii sunt.

P. 131, 11. Παγιαζήτ σὺν τῷ Ἰπραίμ] Primi Veziri
cadaver defuncti imperatoris gestant, Romanos imitati sena-
tores, qui funus Augusti humeris extulerunt; vel consulares,
qui urnam, qua Severi cineres Romam portati sunt, humeris
gestarunt, ut notat Herodianus lib. 4 hist. post Marcum.

P. 132, 7. Παλαιολόγον Λαχνην] Infra pag. 102 Λα-
χανάν, ut alii etiam, appellat.

P. 134, 7. πρὸς Χαζαρίαν] Constantinus Porphyro-P. 245
genitus lib. de admin. imperii cap. 5 Chazarorum mentionem
facit; qui populi sunt ad Boream ultra pontum Euxinum si-
ti et Borysthenem accolentes, Chersonorumque vicini. Bul-
gari oram Danubii australem accolluere, ripam oppositam
Patzinacae seu Patzinacitae, quae hodie regiones a Valachis,
Moldavis et Podolis occupantur. versus Borysthenem et Bore-
am sequebantur Uzii Chazari et Alani. eodem lib. c. 37 de
Patzinacitis loquitur Constantinus. κείνται παρ' αὐτοῦ Λα-
νάπρεως ποταμοῦ πρὸς τὰ ἀνατολικώτερα καὶ βορειότερα
μῆρη ἐναποβλέποντα, πρὸς τὴν Οὐζίαν καὶ Χαζαρίαν καὶ
Ἀλανίαν καὶ τὴν Χερσῶνα καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα. ad Dana-
pris seu Borysthenis ripam iacent Patzinacitae, ad ortum et
Boream, Uziam, Chazariam et Alaniam et Chersonem alia-
que climata respicientes. hos Patzinacitas Uzii et Chazari
sedibus expulerunt antiquis; illique has occuparunt. pulsus ita-
que Patzinacitis probabile est Uzios et Chazaros ea simul
occupasse loca, et partem illam Ponto Euxino ostiisque Da-
nubii vicinam Chazariam ab illis populis appellatam esse.
aliter certe constare non potest quod Ducas scribit. tunc tem-
poris enim imperante Iohanne nihil ultra Thraciam, nedum
Aemum montem aut Danubium, Cpolitani imperatores tene-
bant; ita ut vicinia locorum, quibus imperabat Constanti-
nus Palaeologus accipi nequeat de Chazariae antiquae regione,
sed de ista quam Chazari pulsus Patzinacitis occuparunt;
quae Ponto Euxino adiacens et Danubii ostiis vicina aliqua-
tenus dici potest Mesembriae aliorumque castrorum Euxini
orae Thracicae impositorum. de Chazaris Chersonae seu Cher-
soneso Tauricae vicinis mentionem faciunt Georg. Cedrenus

et Zonaras in Iustiniano Rhinotmeto. Paulus etiam Diac-nus historiae Miscellae libro 20.

P. 135, 4. *οἱ Τούρκοι καταράντες ἐκ Περσίδος*] Circa annum Christi 1042, imperante Romano Argyro, Turci in Persiam primo evocati sunt a Muchumete Imbrailis F., qui eorum opera adversus rebellantes Indos et Babylonios uti volebat. Turcorum rex tria militum millia, quorum dux erat Tagrolipix Mucaletus e Selzucciorum gente nobili ortus, Muchumeti suppetias mittit. post navatam egregie adversus Babylonios operam ad suos redire voluerunt, cum interim ipsos in Indiam ducere cogitaret Muchumetes. hinc simultates ortae, quae Turcis Saracenos latrocinii vexandi primum causae extiterunt, et in apertum tandem bellum proruperunt. Muchumetes victus a Turcis et occisus est: Selzuccii deinde Tagrolipicis posteri in Perside regnarunt, sedemque imperii in Belche seu Balcha Chorazanis (Chorasminis vero provinciae secundum Georgii Chrysococcae catalogum in Astronomia Philolaica a nobis editum) urbe habuerunt. annis demum 160, vel secundum Turcos 170, postquam illic regnarunt, a Zengi-chane post annum 1200 Perside pulsi fuere. Turcis tum imperabat Aladines, qui relicta Perside in Lycaoniam venit et Iconii sedem imperii fixit. inde latrocinii et excursionibus Asiam minorem infestare omniaque ferre et agere coeperunt Turci.

P. 135, 10. *εἰ δὲ κατὰ Χριστιανῶν*] Huius animorum V. 185 promptitudinis luculentum exemplum notare quis potest apud Leunclavium lib. 5, cum Morates I adversus Lazarum Serviae despotam ad bellum se compararet. *mox igitur universis regibus vicinis, Caramanoglio, Tekensi Aidinio, Mertesio et Saruchanio, indicta profectio fuit, et ingens adversus Gauros expeditio. illi vero lubentibus animis adens, coacta, quam quisque poterat, maxima multitudine militum, ad religiosum, ut ipsi quidem existimabant, hoc bellum semet accingebant. praeterea diversis e regnis ac provinciis tam extraneis quam Osmanidarum imperio subiectis, ad Sultatum Muratem magno reguli numero confuebant.*

P. 135, 13. *Ἀκκην*] Leunclavius in secundo Onomastico cum unico x scribit Akin. quae vox *incursum, grassationem et depopulationem* significat; unde Akinzilari vel Akenzilari appellati sunt.

P. 135, 21. *Θέματα*] Id est provincias. Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. *περὶ Θεμάτων* nomen ad id significandum recens usurpatum ait, Graecum tamen: *αὐτὸ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ θέματος Ἑλληνικὸν ἐστὶ καὶ οὐ Ρωμαϊκόν, ἀπὸ τῆς θέσεως ὀνομαζόμενον. nomen thematis ipsum Graecum est, non Romanum [id est Latinum], quod a thesi [id est*

positione] *deducitur*. in themata illa distributum erat Romanum imperium, quod in *ἐπαρχίας* etiam aliquando divisum fuit; aliquando in praefecturas praetorio. appellantur autem themata orientalia, ut idem Constantinus docet, *ὅτι πρὸς ἡμᾶς τοῦς κατοικοῦντας Βυζάντιον καὶ τὴν τῆς Εὐρώπης γῆν λέγεται ἀνατολικόν, quoniam respectu nostri, qui Byzantium incolimus et Europam, Oriens appellatur.*

P. 136, 1. *πρὸς εἰρήνην μετασχηματιζόμενοι*] Qui gentis Turcicae historias parum attente legerit, notasse potest duobus simul bellis hactenus se implicitam noluisse, singulos adortam cum ceteris pacem coluisse; quos etiam bello infestaverit, pacem oblatam, cuius beneficio a toleratis aerumnis se recrearent, nunquam recusasse. et quanta quidem gentis illius prudentia tunc fuit, tantus Christianorum error mentisque caecitas notari potest, qui res suas adversus Turcos stare posse temporibus istis arbitrati sunt, quod cunctos simul bello non lacerarent, quasi a toto rescissa parte illud neo minueretur nec decresceret. nostri ergo otiosi (atque utinam a mutuis bellis, incendiis, urbium oppidorumque direptionibus ac eversionibus otiosi fuissent, nec Ianienis mutuis caedibusque vires suas attrivissent) singulos opprimi permiserunt; quo admissio errore Bulgari, Servii, Graeci et Hungari maxima ex parte perierunt, Venetorumque respublica ad angustiores terminos, amissa Cypro insula, redacta est.

P. 137, 12. *κατὰ τὴν αὐτῶν νεαράν*] Novella ista constitutio circa annum Christi 1362, capta Adrianopoli, regnante Sultano Morate I sancita est, quod apud Leuncl. hist. Musulm. lib. 5 videre est. cuius auctor fuit Cara-Rustemes Molla seu Meulana aut Talismanus, id est legis Musulmanicae peritus. illiusque verba talia referuntur: *quintum quodque, respondit Cara Rustemes, ex illis mancipiis, quae Turci milites nostri capiunt, de praescripto legis divinae Sultano debetur.* hactenus equidem mancipiorum quinta pars Sultano addicta non fuerat, sed praedae reliquae solummodo, cuius exemplum habemus in Ertogrul-bego apud eundem Leuncl. lib. 2: *praedae quantam partem excepit, in milites reliqua lucra distribuit, inde dictam spoliiorum quantam partem, ceu principi debitam, gratulabundus Sultano Aladini misit.* illa porro mancipiorum quinta pars Genitzerorum ordini ac numero adiuncta est.

P. 137, 15. *ἐξισωταί*] Sunt illi qui res inspiciunt et ex arbitrio, secundum ius et aequum, eas aestimant. Suidas: *ὁ ἰσωτής, ὁ ἐπόπτης.* idemque significat *ἔφορος*, qui recognoscendi, recensendi ac inspiciendi ius habet.

P. 138, 9. *Ζαρκολάν*] capitis est tegumentum e lana alba, quo utuntur Genitzeri, cuius formam et figuram mul-

tis in libris expressam habemus. fimbria aurea circumdata est zarcula, in parte eius anteriore adsurgit cylindroides argentea vel aenea fistula; et a vertice in dorsum syrma trium spithamarum longitudine demittitur. Genitzeris est album, quibusdam aliis rubrum id capitis tegumentum.

P. 139, 4. *ὅτι ὑπήκοον μεταβάλλεται*] Huiusce indifferentiae in principibus agnoscendis luculenta exempla exhibita sunt in Baiazitis I liberis quatuor, in Mehemetis I duobus filiis, Morate et Mustapha, in filiis Mehemetis II, Baiazite II eiusque fratribus, Sultani quoque Suleimanis liberis, et tandem hocce saeculo in Achmetis Sultani fratre Mustapha et liberis.

P. 247 P. 136, 16. Cap. 24. *ὁ Δημήτριος λαβὼν τὸν Μουσταφᾶν*] Laonicus lib. 5 de reducendo in imperium Occidentis Mustapha initum consilium alio quam noster modo exponit. dissensisse nempe inter se imperatores, Manuelemque pactis cum Mehemete foederibus stare voluisse; atque eius filio Iohanne adnitente Romaeos Mustaphae partes fovisse. Phranzes etiam lib. 1 cap. 40 rem brevissime narrat: uterque sane ieiune, et Leontarii nomine omissis. Daciae et Laonico contrarius est Phranzes, dum Iohannem imperatorem reduxisse e Peloponneso Mustapham scribit. Leunclavius lib. 13. hist. Musulm. de Mustapha Dusme historiam auspicatur; eumque post Sultani Mehemetis I mortem in Selanicensi seu Thessalonicensi urbe primum innotuisse scribit.

P. 140, 1. *Ἐρισσοῦ*] Aliter *Ἰερισσός* appellatur, in catalogo urbium quarum nomina mutata sunt, qui habetur in Cod. Ms biblioth. Regiae: *Ἰερισσός ἢ Ἀπολλωνία, Ierissus nunc appellata, Apollonia olim vocata fuit.* Notitia patriarchalis throni Cpoleos sub Thessalonicensi metropolita habet *ὁ Ἰερισσοῦ ἦτοι ἁγίου ὄρους. Ierissi Episcopus, vel Montis Sancti*, id est Athi Montis. Mela Acroathon illam appellat, et Ptolemaeus *Ἄθω ἄκρον, promontorium Athi.* hoc tamen loco notandum Erissum et Athon in Macedonia, non vero in Thessalia sitos esse; et Ducam aut errasse, aut aliis finibus regiones illas terminatas fuisse quam quos antiqui Geographi produnt.

P. 140, 3. *ἀσφαλίσαντες οὖν αὐτοὺς ὄρκοις*] Ex histor. Musulm. a. Hegirae 825, Christi 1422.

P. 140, 11. *βασμουλικόν*] Scriptum reperitur etiam *γασμουλικόν.* Nicetas in Manuele Comneno *βασμουλούς* vocat et levis armaturae milites exponit: *καὶ τὰ τοῦ στρατοῦ ἔλαφρόν, τοὺς παρ' ἡμῶν λεγομένους βασμούλους.* Niceph. Gregoras lib. 6. *γασμουλικόν* appellat. Georgius etiam Pachymerius in historia Gasmulicum, et natos tales milites viris Latinis, mulieribus Romanis, id est Graecis, ad bella uni-

mosos esse dicit. eadem etiam significant Gregorae verba loco citato, qui eos Graecis Latinisque moribus aduetos dicit ab his fortitudinem, ab illis audaciam didicisse.

P. 143, 1. οἱ δὲ τοῦ Μωράτ δοκιμώτατοι] Quam Ducas orationem Vezirum ad Moratem habuisse hoc loco narrat, quicum historia Verantiana apud Leunclavium consentit, eam ad Baiazitem Bassam illos habuisse Morates Dragomannus apud eundem asserit. in narrandis enim rebus hisce a Baiazite gestis Morates a Duca et Verantiana historia discrepat, dum Bassam illum ad solam famam prosperi rerum Mustaphaeorum successus a Morate defecisse scribit.

P. 144, 5. τῆς προποντίδος τοῦ ἱεροῦ στομίου] Ducas Bosporum Thracium, errorem vulgi secutus, Propontidem perperam vocat: illis quippe temporibus binae Propontides a Graecis imperitis ferebantur. Codex Reg. MS: Προποντίδες δύο, ἡ μὲν κατὰ τὴν Ἀβυδὸν, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἱερόν καὶ ψαμμάθιον. una ad Abydum, alia ad [ostium] sacrum et Psammathion. ἱερόν στόμιον ad Bosporum pertinet Thracium; ubi in angustissimam latitudinem coartatur fretum. in utroque littore castrum aedificatum est. Gillius lib. 3 cap. 5 de Bosporo Thracio adeundus.

P. 144, 21. μεγάλη Καρύα] Ptolemaeus et Stephanus in Thracia Chersoneso habent Καρδίαν; quam Dominicus Marius Niger comment. 10 in Europ. Geographiam Cardiaspolim appellat. illam quoque exhibent tabulae Geographicae Caesiorum in Chersoneso Thracica, quae procul dubio illa est μεγάλη Κάρυα, pro Καρδία, a Graecis antiquis appellata. Leunclavius in Pandectis Historiae Turcicae cap. 26 in Thracia Cherepolim locat, quam Graeci Chariupolim appellant. Notitia Episcopatum sub patriarcha Byzantino exhibet Χερσιόπολιν Heracleensi Thraciae metropolitae subditam. P. 248 Cantacuzenus lib. 1. cap. 42 habet etiam mentionem illius urbis: μεγάλη Καρύα, κατὰ τοῦ Αἰπηνος λεγόμενον ὄρος. Magna Carya iuxta Lipicem montem sita. lib. 3 cap. 76 de ea loquitur, ita ut Hexamilio Chersonesi Thraciae vicina sit; ubi et cap. etiam 77 illam Chariupolim vocat.

P. 151, 3. ἐλθὼν δὲ ὁ Τζιναῆς] Laonicus lib. 5 Baiazitem Bassam iussu Mustaphae interfectum, et Phranzes lib. 1. cap. 40 scriptum reliquere. Leunclavius lib. 13 ex historia Verantiana tradit occisum fuisse Vezirum invidia, qui, ut diutius Veziri munere apud Mustapham fungeretur, pati nequibant. ex Morate Dragomanno addit necatum fuisse in loco quodam Sali-dere dicto. Hamzam huius Baiazitis fratrem a Magnatum parte, qui salvum eum volebant, servatum fuisse Verantiana historia narrat.

P. 152, 2. οἱ δὲ τῆς Καλλιουπόλεως] Laonicus et

Phranzes delusus fuisse Graecos a Turcis narrant, hi siquidem illis Callipolium relinquere, ut inter ipsos convenerat, noluerunt. causam, cur id facere recusarent Turci, asserit, quod sibi rebusque suis nondum satis confirmatis talem urbem Graecis concedi haud expediret. Phranzes id sibi religiosum esse Turcos dixisse docet: in eo quippe loco ceremonias litaniasque iuxta Musulmanicum ritum primum celebraverant, postquam in Europam transierunt; lege propterea sibi vetitum Christianis eum tradere. a Phranze non dissentiunt Mustaphae ad Leontarium verba.

P. 156, 1. ἔγγυς πον τὰ τριάκοντα ἔτη] Fieri nequit ut a Baiazitae Iltrim obitu ad hanc diem anni triginta numerentur, cum Baiazites obierit anno Christi 1402, Leontarius vero anno 1422 haec ad Mustapham verba habuerit.

P. 157, 1. Cap. 25. μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς Μανουήλ] Verisimiliora sunt quae noster hic explicat, quam illa quae Phranzes et Laonicus quasi per transennam et negligentissime percurrunt. delusus enim a Mustapha, qui opem tulerat, Manuel ira commotus consilia, quibus istum pessumdare suasque in tuto res collocare possit, iure agitat et ad finem perducere laborat.

P. 157, 10. δρουγγαρίους] Drungarii sunt classis praefecti, quibus inferiores erant comites. Videndus Cypolates in officii aulae Cpolitanae.

P. 158, 12. πέμπει πρὸς βασιλέα Ἰπραίμ] Frater huius Abrahami fuit Hali-begus; quem cap. 21 fugatum vidimus a Percligiae Mustaphae sectatoribus.

P. 158, 17. μεσάζων] μεσάζων hic pro συμβούλιου seu consiliario, Turcis *Vezir* dictus.

P. 160, 12. ἐν τῇ Φωκίδει] Plinius lib. 5 c. 29. *fuit Ioniae Phocaea*. idem, qui lib. 35 loca omnia in quibus alumen gignitur enumerat, huius in Phocide Asiatica montis, in quo alumini conficiendo apti lapides reperiantur, non meminit. a multis etiam annis omissae sunt illae alumini officinae; nec hodie occidentalium provinciarum mercatores Phocaeae novae confectum in Occidentem advehunt. quoniam vero de alumine conficiendo hic sermo est, ex Petri Bizani senatus populique Genuensis Historiae lib. 13 lineas aliquot transcribemus, quibus in Occidente restitutam alumini confectioem anno 1459 adnotavit. *Bartholomaeus Ferniz, civis ac negotiator Genuensis solertis ingenii rerumque naturalium diligentissimus investigator, in Ischia insula plures scolopulos ad alumen conficiendum aptos reperit, adeo ut parte illorum desumpta et in fornace decocta optimam ac praestantissimum alumen inde conflaverit; fuitque primus qui hanc artem diu in Italia et plerisque aliis regionibus intermissam*

ac fere extinctam, cum incredibili multorum beneficio, in usum tanquam postliminio reduxerit, dignus profecto cuius nomen ab omni interitu vindicetur. hoc idem adnotavit Au- P. 249 gustinus Iustinianus lib. 5 Chron. Genuensium.

P. 161, 12. ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ] Nicephorus Gregorae lib. 11 cap. 1 de Phocaea Cataneis concessa sic loquitur: κλήρος δὲ αὐτῶ περιελθὼν ἦν ἀπὸ προγόνων ἢ Φώκαια, πρὸς τοῦ βασιλέως καὶ κτήριον τοῦ βασιλέως σφίσι δοθεῖσα ἐπιτροπῆς ἕνεκα καὶ χρημάτων τινὸς πορισμοῦ. διὸ καὶ κατὰ χρόνους τακτοὺς οἱ ταύτης ἐφορῶσαν διαδεχόμενοι γράμμασι βασιλικῶς ἀνακευθύντες αἰεὶ διέτελλον τὴν δόσιν τοῦ κλήρου, μὴ λάθῃ παρακρουσαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἢ μεταξὺ τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος. Phocaea iure hereditario ei [Cataneae] obtigerat a maioribus accepta, quibus ab imperatoris avo eoque imperatore, ut eam regerent, vectigal et pensionem eo nomine ipsi solverent; concessa erat. idcirco definito temporis intervallo, quae regimen illius capessunt, bulla imperatoria donationem hereditatis sibi renovari postulant, ne temporis lapsu contra dominium iusque imperatorum praescribant. Catanea iste, de quo loquitur Gregorius, Mitylenem invasit, ut etiam ex Gantacuz hist. lib. 2 c. 29 discimus, et imperatorem Andronicum iuniorē viribus imminutum sprexit; cui tamen Genuenses Phocaeam et Mitylenem postea dederunt. ex illis Gregorae verbis constat Phocaeam tanquam feudum Cataneis concessam fuisse; aut potius contractu emphyteutico ab imperatore locatam pensionis seu vectigalis annui accipiendi causa. cum vero de imperatoris Andronici iunioris avo hic loquatur Gregorius, de seniore intelligendum esset Andronico, quem iunior excepit. at verba illa, ἀπὸ τῶν προγόνων, ostendunt Cataneam illum non a patre aut avo, sed abavo saltem successione iure accepisse; propterea temporum exigente ratione Michaelē Palaeologum I, qui teste Bizaro lib. 4 Hist. Genuens. Smyrnam et Chium Genuensibus anno 1261 donavit, eam concessisse. ita ut Ducas rem accurate tradiderit; qui prout gesta erat probe nosse potuit, utpote qui Lesbii principis negotia procuravit et Phocaeae domum possedit.

P. 163, 14. ἐν τῇ Ἀμισῷ, ἐν τῇ Ἀμισορείδι, ἐν Καφῶ] Amisus seu Aminsus Galatiae oppidum, Turcis *Hemid.* Amastris Bithyniae metropolis olim, *Samastro* vulgo. Capha olim Theodosia Tauricae Chersonesi.

P. 166, 17. σὺν τοῖς Φράγκοις] Id est, cum Aduerno. Occidentales namque omnes, Germani, Itali, qui que occidentaliores illis sunt, Franci ab orientalibus appellantur.

P. 167, 12. ἀλλὰ πονηρὸς ὤν] Cineites ubique perfidus. sponte equidem Mustaphae partes secutus fuerat, eius-

que natalium statum testimonio suo vindicabat, Beianis filium verum esse asserendo. cum se Mustaphae adiunxit, eum magis strenuum forsitan crediderat; cumque spe ac opinione se deceptum sensit, rebus suis consulere eum deserendo quam cum eo perire maluit. multos Cineites sectatores habet, pauciores Cicero; qui cum Pompeii imprudentiam negligentiamque pervideret, Caesarem vero acrem magis ac strenuum cognosceret, volens sciens partibus Pompeianis perituris adhaerendo pericula victis impendentia potius obire quam fidem corrumpere elegit.

P. 167, 18. *ἐν ταῖς ἄρκοις*] Pro *ἐν ταῖς ἄρκοις*. sicque voluit scribere: sed vitiosae prononciationis perpetuus Iotacismus in scribendo etiam ista *οι η ε υ ι* confundit, nisi linguae Graecae peritissimus sit scriptor.

P. 168, 5. *Λοπάδιον*] *Lopadium* Turcis *Ulubat* dicitur. Leuncl.

P. 168, 6. *Χατζιαιβάτην*] Ille est quem Leunclavius lib. 13 Chazi-Eivazem appellat. Chazi apud Turcos ille dicitur, qui religionis causa Meccam aut Medinam adivit.

P. 250
V. 187 P. 168, 24. Cap. 26. Scriptorum, praeter Ducam, nullus accurate narrat quibus artibus Cineites a Morataeis sollicitatus Mustapham deseruerit.

P. 172, 11. *μετὰ γὰρ τῶν Ταρτάρων ἐπιδρομῆν*] Et his constat Cineitem non fuisse ex Atinis seu Aidinis posteris, quamvis id velit Leunclavius.

P. 172, 22. *Κελπάξισι ἄνδρι Τριβυλῶ*] Supra cap. 21 Alexandri Susmani filium illum appellavit.

P. 174, 13. *Χλίερα καὶ Θυάτιρα*] Sub Ephesino metropolitano episcopus urbis Chlieræ constitutus erat locumque ultimum tenebat; eidemque metropolitae subditi sunt Thyraeorum, quae hodie Thyria dicitur, Bryelae sive *Βρυούλων*, Erythrarum et Clazomenarum episcopi. at Sardium metropolitae subditi erat Thyatirae episcopus. eadem, quae Ducas, Stephanus et Strabo urbium nomina habent.

P. 177, 20. Cap. 27. *ὁ δὲ Ἀδοῦργος*] Laonicus lib. 5 et Leuncl. lib. 13 nave una Genuensi, quae fortuito ad Lampsaci oram appulerat, usum esse ad transfretandum Moratem narrat. Phranzes lib. 1 cap. 40 Moratem, ut traiceret, navibus Genuensibus usum esse ait.

P. 181, 1. *Περιθεώριον*] castrum est; sub Traianopolitano metropolitano episcopatus. de illo loco ita loquitur Cantacuz. Hist. lib. 2 c. 38, dum recenset oppida ab Andronico iuniore instaurata: *καὶ περὶ Θράκη παράλιον ἐπέρω πόλιν, κατεσκευασμένην καὶ αὐτήν, ἧς φασιν Ἀναστάσιον βασιλέα Ῥωμαίων οἰκιστήν, καὶ ἐξ ἐκείνου προσαγορευμένην, ἀνέστησεν αὐτίς, οὐ πάσαν, ἀλλ' ὅσον μάλιστα ἐννὴ ἀποβα-*

λῶν, Περιθεώριον προσηγόρευον. etiam in Thracia maritima aliam urbem aedificavit antea dirutam; cuius conditorem Anastasium imperatorem dicunt, et de eius nomine Anastasiopolim vocatam fuisse. illam [Andronicus] refecit, non totam equidem, sed quantum spatii concludere potuit, Peritheoriumque appellavit. urbs illa Aeno. urbi vicina est in Thracia sita, non longe ab insula Thaso.

P. 181, 14. ἐν τῷ δημοσίῳ τόπῳ] De castelli pinna suspensus a Leunclavio dicitur lib. 13. in loco autem publico factum, ut supposititium Mustapham homines crederent. principes enim Musulmani clam et extra hominum conspectum fratres et consanguineos necare consueverunt. porro quod ad annorum notam spectat, observandum est Leunclavium Hist. Musulm. lib. 13 bellum a Mustapha Morati illatum, et universas ad illius interitum res gestas, ad annum Hegirae 825, Christi 1422 referre: coepit enim ille 825 Hegirae anno, Christi 1421, Decembris 26, fer. 6, cyclo Solis 2, litera E. adque eundem annum lib. 1 cap. 40 ista Phranzes retulit. idem vero Leunclavius in Annalibus Turcicis ad annum 827 Hegirae, Christi 1424 (perperam 1425 apud Leunclavium legitur) Moratem salutatum esse imperatorem capto strangulatoque Mustapha Dusme narrat. ista igitur conciliari tali discrimine adhibito oportet, ut dicamus post mortem Mehemetis adversus eius filium Moratem statim Mustapham rebellasse ac pro imperatore se gessisse; id bellum triennio gestum esse, ac tandem capto strangulatoque Mustapha anno Hegirae 827, Christi 1424 finitum esse. hunc equidem Mustapham triennio regnasse testis est Laonicus lib. 5: ἐτελεύτησε δὲ Μουσταφᾶς βασιλεύσας ἐν Εὐρώπῃ ἔτη τρία. vitam finivit P. 251 Mustaphas, postquam tres annos in Europa regnaverat. plura equidem gesta sunt, negotia plura agitata, legati de iungendis foederibus ultro citroque missi, quam ut anni unius spatium perfici potuerint. recte itaque Calvisius in Chronologia Mustaphae mortem anno 827 Arabum, Christi vero 1424 adsignat; quem etiam Annalesque Turcicos sequimur.

P. 183, 17. Cap. 28. ἐν ὀλίγαις δὲ ἡμέραις] Hanc Cpoleos obsidionem Phranzes refert ad annum mundi 6930, ut et Iohannes Cananus, brevi a doctissimo clarissimoque viro Leone Allatio edendus. noster Ducas eodem anno, quo Mustaphas strangulatus est, tradit, id est anno Christi 1424, mundi 6932. Laonicus lib. 5 post interfectum Mustapham Cpolim a Morate, frustra tamen obsessam ait; idemque Phranzes lib. 1 cap. 32, quod Annales Turcici silentio transmittunt.

De Theologo illo Corace et Pylle nihil apud Phranzem et Laonicum legimus.

P. 187, 7. *ὁ δὲ βασιλεὺς Μανουήλ*] Hunc Mastapham Moratis fratrem Mustaphopulum Phranzes lib. 1 cap. 40 appellat, Byzantiumque venisse tradit. Laonicus vero illum apud Caramanum degisse, quaeque ad victum necessaria sunt, ab eo accepisse scribit. Cpolim deinde venisse; Graecorum tandem factione in Asiam transvectum, ab Aliaze Saraphatare, cui Mehemetes eum crediderat, Morati proditum, huiusque iussu strangulatum. Leunclavius lib. 14 ex Verantii et Hanivaldi monumentis illam historiam fusius explanavit.

P. 188, 9. *Μανουήλ ἔκτειτο*] Mortem Manuelis Phranzes accidisse tradit anno 6933, Iulii 21, id est Christi 1425.

P. 189, 9. *ὡςτε ἀντᾶραι τῷ Τζινεήτῃ*] Anno Hegirae 828, qui coepit 1424, Nov. 23, fer. 5.

P. 189, 16. *Ἀκιντζίδας*] Id est cursores. *Akin* excursio. dicuntur etiam Akenzii.

P. 190, 9. *ἐτοιμάσας τὸν τῆς ἐφᾶς στρατόν*] Quae ex Hanivaldanis monumentis refert Leunclavius, Duceae narrationi magis congruunt quam quae ex Verantiano lib. excerpta sunt. Laonicus huius adversus Cineitem expeditionis nullum verbum facit.

P. 192, 1. *Ὑψηλὴ ἐπονομαζόμενον*] Turcis appellatur Ala-Sar vel Alachisar, id est altum castrum. Hypaia quoque eam vocant, quae nostro maritima est.

P. 193, 9. *Ἀμώριον*] Phrygiae maioris urbs.

P. 193, 24. *τὰ Τριακοντα*] Alibi non extat huius loci nomen.

P. 194, 17. *Περσιβὰς Παλαβιτζῆνος*] De isto nihil reperio in Genuensi Historia.

P. 195, 8. *ὁ δὲ Χαμζᾶς*] Hic Hamzas est qui a Cineite servatus fuit, Baiazitidis Bassae frater; de quo supra actum cap. 24.

P. 196, 19. Cap. 29. *καὶ Λάζαρος*] Non appellabatur Lazarus, sed Stephanus Lazari F. hic loquutus est Turcorum more, qui Serviae despotas Lazaros sive Lazar-oglios appellarunt.


P. 197, 1. *ὁ δεσπότης Ἀνδρόνικος*] Laonicus lib. 4 ab Andronico, qui elephantiasi postea obiit, venditam Venetis Thessalonicam, quod ad tuendam illam impar esset, lib. deinde 5 post Mustapham a Morate fratre suo occisum Thessalonicam ab hoc Morate expugnatam fuisse tradit. hoc loco meminisse oportet a Laonico Thessalonicam Thermam vocari. P. 252 Phranzes lib. 1 capp. 21 et 52 etiam audeudas. sed cap. 21 errorem admisit et parachronismum: ait enim Andronicum eodem anno Thessalonicam vendidisse, quo Theodorus Lacedaemonem Rhodiorum collegio Spartam vendidit, quod est falsissimum. Nicolaus Doglionius Venetae Hist. lib.

6 Thessalonicam a Morato II captam anno 1430 scribit, postquam per annos quatuor sub Venetiarum dominio stetit. Annales Turcici ad annum 853 referunt, qui coepit anno 1429 Sept. 30, feria 6. Phranzes lib. 2 cap. 9 mense Aprili anno 6938, Christi 1430 occupatam a Turcis Thessalonicam scribit. Paulus Maurocenus patricius Venetus Hist. lib. 20 anno 1430 tradit Andream Dandulum, qui ducis titulo res gerebat, et Paulum Contarenum capitanei munere fungentem, ignavia ac socordia sua Thessalonicam perdidisse.

P. 199, 11. εἰς Σέρρας] Serra Thessaliae urbs me-V. 188 tropolis thronum 58 sub Leone Philosopho tenuit.

P. 201, 5. εἴτα ἐκέλευσε εἶναι ἐν χεροὶ τῶν Χριστιανῶν] Hoc notavit Auctor noster, quoniam Turcorum instituto adversari videtur, qui Christianorum templa, in quibus preces suas recitaverint, lege vetiti restituere se posse negant.

P. 201, 12. τοῦ βασιβόδα Βλαχίας Μύλτζου] Ut Ducae narratio, quam de Valachis hic prosecutus est, rite intelligatur, principum istorum seriem genealogicam subiiciemus, qualem ex textu ipsius colligimus.



de Mirke et Dano Iohannes Thwrozius in Chronicis Hungaricis anno 1415 cap. 17 mentionem facit, eodem sanguine natos, non tamen fratres fuisse; quorum hic Turcorum auxilia, ille Sigismundi opem imploravit. Antonius pariter Bonfinius Rerum Hungaric. decad. 3 lib. 3 anno 1415 sic loquitur. *in causa Valachorum duo fuere principes, Daan alter, alter Merkes dictus est, uterque eodem genere natus. dominandi gratia est nata discordia. Daan cum se viribus inferiorem esse cerneret, praecipiti consilio tractus ad Turcorum opem confugit; a quibus auxilia, quae petierat, facile impetravit, cum occupandae illi Daciae potissimam hanc esse ducerent occasionem. quare ut cognatum sibi insensum regno exigeret, profanas legiones induxit. Merkes, ne Turcas Daciam inva-*

dere pateretur neve foedae gentis opibus regno eiceretur, ad Sigismundi opem confugit, etc. Losoncius cum exercitu ad tuendum Merkem missus a Turcis et Valachis caesus est. Laonicus lib. 4 de Myrke et Tano verba facit, quorum opibus et auxiliis usus est Moses adversus Musulmanum. lib. 5 Draculium ab Hunniade victum, et Daciae seu Valachiae Danum praepositum fuisse, qui omnes Draculii consanguineos et affines occidit; qui ducis Myrxae filii nothi erant, ait Laonicus. ex Iohanne vero Thwrozio discimus post cladem Varnensem ab Hungaris acceptam Iohannem Hunniadem Corvium fuga salutem sibi quaerentem in Walachiam evasisse, ibique a Draculio Vaivoda captum aliquandiu detentum fuisse. P. 253 tali iniuria acepta, ira incensus Hunniades in Draculium anno 1446 movet, captumque cum filio eius primogenito capite plectit, Dani quoque Vaivodae filium luminibus privat. Laonicus lib. 7 de capto a Draculio Hunniade etiam disserit; et hunc in Dacos movisse, ut Danum in possessionem Walachiae mitteret. belli exitus is fuit: Daci Draculium deserunt et ad Danum transfugiunt. Draculius a suis desertus fugae se mandat, a qua per Danum, qui eum insecutus fuerat, retrahitur, ab eoque una cum filio interficitur. aut igitur Laonicus de Dano isto falsa scribit, aut duos fuisse necesse est, unum iuxta Hungaricam historiam, excacatum, alterum, qui iuxta Laonicum Draculium interfecit. de his Mirke et Dano pauca Leunclavius in Pandectis numero 71. sed quae nullius sunt momenti.

P. 203, 5. *ἐν ἐκσίῳ ἔτει*] Huius belli Caramano illati Laonicus lib. 5 et Leuncl. lib. 14 mentionem faciunt.

P. 204, 19. *Ἀτσιάρη, Πέγσιαρη*] Leuncl. lib. 14 A. Heg. 839, qui coepit A. C. 1435, Iulii 27, fer. 4. captas has urbes dicit, quas vocat Acscheherem et Beg-Scheherem, et eodem libro Boscara appellat. in tabulis Geographicis vulgatis Sari, quae forte Acsiari, sita est ad Septentrionem Iconii. Bogas, quae Begsiari vel Boscara est, ad ortum et meridiem Iconii respectu iacet. fallitur Ortelius, qui Ac-Serai Leunclavii Anazarbum facit, cum Anazarbus in Ciliciae finibus orientalibus olim fuerit, quae ab Iconio plurimum dierum itinere distat.

P. 205, 5. Cap. 30. *ὅτι ὁ δεσπότης Σερβίας υἱὸς τοῦ Ααζάρου*] Ut clarior sit legentibus historia Ducae in illis quae ad Serviae despotas spectant, repetemus hic ex Mauro Orbino, qui Italice Regnum Slavorum scripsit, genealogias duas, unam ex parte gentis Nemagnae scilicet, alteram Privaziorum.

Pars Genealogiae gentis Nemagnae.

MILUTINUS vel UROSCUS SANCTUS.

P 254

WLADISLAUS. UROSCUS a filio Stephano laqueo CONSTANTINUS.
interemptus anno 1331.

PRIMISIA STEPHANUS DUSCIANUS obiit NEDA Michaelis Bulgaro-
vel SIMISSA. ad *Διπόταμον*, ab Androni- rum regis uxor. de illa
co iuniore extractum oppi- Cantacuzen, lib. 3 cap. 2.
dum, anno 1354, aetatis 45.

UROSCUS rex ultimus gentis Nemagnae; quem Cantacuzenus lib. 4
cap. 43 *Ούρσειν* appellat Cralae filium; qui aduersus Simonem
avunculum suum Acarnaniae principem bellum gessit.

unde patet Ducam cap. 3 huius historiae errasse, cum La-
zarum Stephani, qui in hac genealogia Duscianus est, filium
asserit; quod forte crediderit alium praeter filium Stephano
Cralae non successisse. Lazari itaque genealogiam exhibebi-
mus, ut ultimorum Serviae et Rasciae despotarum originem
videamus.

Genealogia gentis Pribaziae, ex qua ultimi Serviae despotae. V. 189

PRIBASIUS.

Despota LAZARUS occisus in praello ad Cossovium campum. is Uroscus
Stephani Dusciani F. imperii partem armis ademit.

STEPHANUS despota Serviae.	MARA vel MARIA u- xor Wki Brancho- vikii.	HELENA u- xor Nico- lai de Ga- ra.	DESPINA uxor Balsae.	WGOSAVA uxor Mi- losKobi- lichii, qui Morate I occidit.	MILIEVA Wk. uxor Ba- iazitis I.
----------------------------------	---	---	----------------------------	--	---------------------------------------

STEPHANUS. GEORGIUS despota Serviae succedit avun- GREGORIUS.
culo suo Stephano. eius uxor Irene IOHANNES.
Cantacuzena.

GEORGIUS. Wk.	MARIA UXOR Bonifacii marchionis Montisferrati.	CATHARINA LAZARUS. MARIA NN. filii duo comitis Ci- uxor a Morate la- liae Ulda- mor- minibus pri- rici uxor. tis II. vati.
---------------	---	---

IOHANNES.

MARIA UXOR Ferdinandi
Frangipani.

Ducas.

MARIA UXOR IERINE vel IRENE MILIEVA UXOR
Stephani Bo- uxor Iohannis Leonardi
zinae regis. S. Petri in Gala- despotae
tina ducis. Lartensis.

ex ista genealogia et ex historiae consensu Leunclavii error confutatur, qui Baiazitis I uxorem Georgii despotae filiam asserit; et omnino falsa est Genealogia, quam in Pandectis numero 54 exhibuit. Lazari filius, qui liberis nullis superstibus obiit anno 1421, Stephanus est: cui successit Georgius Brancovikius Lazari nepos ex Mara, quam Maro Ducas appellat. quod vero dicit noster Georgium fuisse Lazari generum, non autem nepotem, perperam scriptum; et certe scribere debuit *υιὸς Βούλκου τοῦ γαμβροῦ τοῦ Λαζάρου*. si enim Stephanus despota superstita ex sorore sua Maro seu Mara nepote, qui ei successit, obiit, alius esse non potest praeter Georgium, a quo novi iuris repertor Morates Serviam repetebat, quia sine liberis Stephanus eius avunculus obierat. Morates Mahometis F. Baiazitis N. Milievam aviam non habuit: ex ea enim liberos suscepisse Baiazitem nullus auctor tradidit.

P. 205, 18. *δίδωσιν αὐτῷ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα εἰς γάμον*] Maurus Orbinus in regno Slavorum notat Moratem in Georgium Serviae despotam post Stephani, qui Lazaro natus erat, obitum movisse, et loca aliquot occupasse; quem ut placaret Georgius, tributarium ac vectigalem Moratis se proficitur. verum cum Morates Georgium promissis haud stare cerneret, bellum rursus anno 1435 ei intulit. legatum vero Georgius ad eum mittit, per quem se vectigal solvere paratum et ad iussa capessenda promptum fore pollicetur. Morates ergo per Saraziam Bassam non solum vectigal, sed et Mariam Georgii filiam uxorem sibi dari postulat. ut tributum solvere paratus erat Georgius, ita nuptias illas aversabatur, victus tamen Ierinae sive Irenes uxoris suae precibus, quae hoc matrimonio Serviis placatum Moratem sperabat, filiam suam Chalili Bassae ad Moratem adducendam tradit. de Serviae parte dotis nomine a Georgio concessa nullum verbum facit Orbinus. ibidemque refellit Reinerium Reinneccium et P. 255 alios, qui dixerunt Mariam illam Georgii filiam Semendriae seu Smedrovi ditione in Turcorum manus devenisse, Morati deinde matrimonio iunctam. in qua etiam opinione reprehenditur Bonfinius Rerum Hungaricarum decad. 3 lib. 4 Mariamque captam fuisse scribit. de Smedrovo Morate cedente aedificato Leunclavius et Laonicus nihil tradunt; qui de nuptiis illis mentionem faciunt hic lib. 5, ille 14.

P. 206, 6. *ὁ δὲ Μωράτ ἤδη θέρους*] De hac expeditione Moratis, Draculio duce, a Heg. 840, qui coepit a. 1436, Iulii 14, ser. 7., aedeundus Leunclavius lib. 14, quo loco Direcolam hunc vocat. Zipinium vero Cibinum est seu Hermenstadium Transsylvaniae, quam Ardeliam appellat Laonicus, urbs inter praecipuas.

sitam ubi Taurinium olim fuerat, in perpetuae fidelitatis pignus, veluti tuti obsidis loco, imperatori sponte dono dedit; quod quidem in Mysia et ea quae ad Turcos nunc spectat Hungaria unicum est propugnaculum. contra ille, ne bene merendo cederet, haec illi castella in regno rependit, Zalon, Kemen, Bekiem, Kelpem, Vilagosuarum, Tochaium, Monkachum, Thaaliam, Rhegesum, oppida vero Zathmar, Bezermen, Debreczem, Thur, Varsan et pleraque alia, Budae autem magnificas aedes, quae regiae loco haberi possunt. sunt tamen alii auctores, qui hanc permutationem factam ab Alberto Aestriaco Hungariae rege dicant.

P. 211, 13. βοτάνης σκευασία] βοτάνην appellat Graeci moderni pulverem tormentarium seu pyrium. hoc loco τεύφης per τ scribitur in cod. MS, sed in dictionariis Graecobarbaris θειάφι sulphur. verba porro illa, ὄσμην οὖν ἀσπίδος ἢ τῆς σπινθῆρος πυρός, εἰ πλησιάσειεν, reddidi ut in textu leguntur. et pro ἀσπίθω ἀσφαλτον voluisse dicere probabile est. cum ἀσπίδος Graecobarbara vox idem significet ac σπινθῆρ. deinde quis odor scintillae illius pulveris accensi, nisi sulphureus, cui bituminis odor proximus est.

P. 212, 7. Cap. 31. Post multas rixas, contentiones atque discidia, quae pacem ac concordiam ecclesiarum convulserunt, sub Photio Cp. patriarcha, qui Ignatio eiecto sedem invasit, schisma secutum est; quod instar ulceris carcinomatici serpsit, nec postea sanari potuit, quamvis Christianae pacis studiosi medicamina et unguenta ei adhibere conati sint sub Constantino demum Monomacho patriarcha Cpolitano factus Michael Cerularius odio capitali ecclesiam Romanam eiusque praesules persecutus est; illiusque malis artibus concordia invaluit. Alexio patriarchae successit Cerularius anno mundi 6551, Christi 1043, Martii 25, ut scripsere Georgius Cedrenus et Iohannes Curopalates Scylitza. quae in ecclesiae Romanae molitus sit ille Michael, quantumque fuerit Leonis IX pacis ac concordiae studium, in huius contra Acridanum actis, et apud Baronium videre licet anno 1053. quod ut magis confirmemus malevolumque Cerularii animum ostendamus Graeci, anonymi quidem, testimonium adducemus, quod etat in bibliothecae regiae MS. σημείωσαι ὅτι ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου ἀναχθεὶς εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος ἄμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὸν πάπα Ῥώμης ἐξέβαλε τῶν διπτύχων, τοῦ τῶν ἀζύμων ζήτημα αὐτῷ τῆς ἐκβολῆς αἰτίον, καὶ τῷ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκη, ὡς φασὶ συνηγόρησεν αὐτῷ ὁ Πέτρος Ἀντιοχείας ὁ πατριάρχης καὶ Λέων ὁ Βουλγαρίας. ἦν δὲ ἡ βασιλεία τοῦ φηθέντος τοῦ Μονομάχου κατὰ τὴν χρονικὴν τοῦ Σκυλίτζη περιληψὶς θ

ἔπειτα ζηνζ'. εἰσὶν οὖν ἐν τῷ παρόντι ζηζα' ἔτι (ἐν τῷ καὶ ἡ ἄλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως· παρὰ τῶν ἀθέων Τούρκων γέγονε, Μαΐα κθ', ἡμέρα τρίτη) ἔτη υδ', ἀφ' ὅσπερ ἐγένετο τὸ σχίσμα τῶν ἐκκλησιῶν τῶν Ῥωμαίων καὶ Φράγκων τελείως. ὁ δὲ αὐτὸς Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος ἐπὶ πλέον ἀνήγειρε τὸ σχίσμα, καὶ τὴν φλόγα ἐξέκαυσε αὐτοῦ, καὶ διὰ τινὰ κοσμικὰ πράγματα, ἅπερ ἐφθασε διακνήσας ὁ Ἰταλὸς Ἀργυρος· ἐπὶ πλέον δὲ διὰ τὸ ἐθέλειν τὸν πατριάρχην ἐκείνον καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν εἶναι μὲν ἀνεγκλήτους καὶ ἀκρίτους παρὰ τοῦ Ῥώμης, ἀντιπεριστῆσαι δὲ εἰς ἑαυτοὺς καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν πατριαρχικῶν θρόνων κράτος, καὶ εἶναι τὸν Κωνσταντινουπόλεως κατὰ πάντων, ὅπερ ἦν πρότερον ὁ Ῥώμης τῶν πάντων ἐξάρχων. Imperante Constantino Monomacho in sedem patriarchalem collocatus est Michael Cerularius; qui statim ubi creatus fuit, papam Romae e sacris diptychis abrasit, ei obiciens quod pane azymo eucharistiam conficeret, et symbolo additum Spiritus sancti a Filio processionem. hoc in negotio adiutores ipsi fuere Petrus Antiochiae patriarcha et Leo Bulgariae archiepiscopus. regnabat porro Monomachus ille iuxta Scylitzae Chronicon anno 6557, [Christi 1049] inde ad annum 6961, quo Cpolis ab atheis Turcis capta est Maii 29 feria 3, anni 404 elapsi sunt, quibus schisma inter Romaeos seu Graecos et Francos seu occidentales perseveravit. Michael ipse Cerularius schismatis malum auxit, et in maius discordiae incendium prorumpere fecit. Italus quoque quidam nomine Argyrus, rebus quibusdam saecularibus admixtis, vulnus illud exasperavit. maxime vero ac praecipue patriarchae libido, qui se suosque successores Romanae sedis iurisdictioni subtrahere voluit, nec ad papam amplius provocari, nec ab eo iudicari. propositum insuper illius erat in aliorum patriarcharum thronos auctoritatem et iurisdictionem in se trahere; quamque antea papa Romae in ceteros habuerat, potestatem ad Cpolitanum patriarcham transferre. hoc schisma ad Michaelis I Palaeologi tempora perseveravit; qui anno 1274 in Concilio Lugdunensi illud reconciliare, discordias inter Graecos et P. 257 Latinos componere per legatos laboravit, et Graecam ecclesiam in communionem a Romana recipi effecit. verum unionis decreto Graeci plerique contradixerunt; frustra fuit Michaeli imperatorem unionem amplexum esse, Iohannemque Becum patriarcham, qui dum privatus vixerat, eam averatus fuerat, tandem approbasse. Andronicus enim Michaelis filius et Georgius Cyprius patriarcha illam improbarunt et condemnarunt. Andronicus etiam patrem suum Michaeli defunctum sepulturae pompa ac consuetis honoribus privavit, quod cum Latinis sensisset. Iohannes deinde Cantacuzenus, cum res eius ad angustias redactae essent, illam ecclesiarum

unitatem meditatus est, et Graecam ecclesiam cum Romanam in gratiam redire cupiebat, ut summum pontificem Latinosque in suas partes adversus Annam et senatum Cypolitimum traheret; quod ipse in historia, quam scripsit, testatur. verum quem ex ea unione fructum sperare poterat in tanta Graecorum ab ecclesia Romana dissensione? quam maximam fuisse, et saeviusse in Latinos acerbissimo odio Orientales, a ipso Cantacuzeno constat. ille enim de Apocauci perditissimi viri malis artibus disserendo, tradit istum ad summum pontificem imperatricis Annae nomine eaque inscia scripsisse, quibus Anna Orientalem ecclesiam Romanae restituebat et papae iurisdictioni subiciebat. rem serio agi verasque esse litteras persuasus pontifex ad Annam reseribit: de tam sacro proposito eam laudat, hortaturque ut in eo perseveret. pontificis litterae Apocauco redditae sunt, quas apud se occultabat, adversus Annam in medium illas adducturus, et eam abhorrere a coniugio Iohannis imperatoris et filiae suae sensisset, in publicum siquidem pontificis litteris editis clera Cypolitimum plebemque in Annam concitaturum se sciebat, illique ecclesiarum unioni Graecos prorsus adversari noverat. Manuele porro Palaeologo imperante, cum Graecorum res in Turcis attritae fuissent, nec imperium nisi precarium, ut in dicam, Turcis vectigales facti obtinerent, ultima necessitate cogente opem rebus afflictis suis implorantes ad Latinos confugiunt, utque facilius impetrent, spem ad ecclesiae communionem redeundi Latinis faciunt. et circa annum Christi 1417 a Manuele missus in Italiam Eudaemon Iohannes Cypolitimum ecclesiam totumque Orientem ecclesiae Romanae redditurus erat. et cum illius anni die 11 Novemb. summus pontifex electus fuisset Martinus V, cum eo de ecclesiarum conciliatione agit; imperatoris et patriarchae affectum, quo promoveri tam ingens bonum student, exponit. Martinus papa Eudaemonem Iohannem benigne amplexus est, indulgentiasque concessit illis qui militatum irent ad Hexamilium propugnandum. litteras etiam ad imperatorem et patriarcham scribit, quibus significat quanta animi cupiditate ecclesiarum unionem optet. postquam vero Manuel obiit, Iohannes eius successor legatus ad papam de reconcilianda concordia semel atque iterum mittit. secundam legationem, cuius meminit Phranzes l. 2 c. 9, obierunt circa annum 1430 Marcus Iagaris magnus Stratopedarcha, Curunus Manganorum praesul, et Demetrius Angelus Clidas, qui imperatori a secretis erat. actura deinde de concilio indicendo, ut in eo transigerent discernentque ecclesiae unionem. concilium per id tempus Basileae habebatur, ad quod Orientalem ecclesiam patres invitabant: sed Graecorum summi pontificis partibus adhaerent, et in Italiam veniunt,

cumque Latinis concilium Ferrariae, Florentiae demum celebrant; quod qualem exitum habuerit, ex hac historia Ducae colligere licet.

P. 212, 14. οἱ δὲ ἀθροισθέντες] Archipraesules a patriarcha electi eum comitati sunt et synodo interfuerunt, Ephesi, Trapezuntis, Heracleae, Cyzici, Sardium, Nicomediae, Nicaeae, Tornovi, Monembasiae, Lacedaemonis, Amasiae, Mitylenes, Staurupoleos, Moldaviae, Rhodi, Melencici, Dramae, Ganni, Dristrae. et Anchiali, omnes numero viginti. venit ad concilium et Russiae archipraesul cum epi- P. 258
scopo. ex Archontibus etiam ecclesiae adfuerunt, Magnus saccellarius, Magnus *σκενοφύλαξ* seu vasorum custos, Magnus chartophylax, Magnus ecclesiae praefectus, Proteclicus, Nomophylax, et alii officiales omnes fere excepto Hieromneme, qui tunc morbo decubuit. praesules vero monasteriorum fuerunt Gregorius Pantocratoris praesul, Malei praesul, S. Basilii praesul. ex hieromonachis Pachomius, Moyses Laurae Monasterii, Dorotheus Batopaedii monasterii monachi. Alexandrini patriarchae vicarius fit Heracleensis archiepiscopus. Antiochiae patriarchae vices obeunt Gregorius Pneumaticus et Russiae archiepiscopus; Hierosolymitani tandem Ephesi et Sardium archiepiscopi.

P. 212, 17. τριήρεις πέμψας ὁ Πάπας] Illae triremes Venetae circa finem Septembris anno 1437, quibus praefectus erat Antonius Condolmerius Eugenii papae nepos, Cpolim appulsae sunt, terraeque motus ipso die factus adnotatur.

P. 212, 19. ἀπὸ τῆς Κωνσταντινῶν εἰς Βενετίαν] Cpoli solverunt Novemb. 24, anno 1437, quo die Cpoli terrae motus accidit. Phranzes cap. 14 lib. 2 ait imperatorem advenisse Venetias Februarii 8, anno 6946, Christi 1438. qui tum etiam cum imperatore et patriarcha aderant, tradunt Venetias advenisse sabbatho τοῦ ἀσώτου, id est sabbatho pridie Dominicae, qua orientalis ecclesia evangelium prodigi filii, quod habetur Lucae c. 15, in liturgia recitat. experiendum est num conveniat Phranzes cum his. anno illo 1438 cyclus Lunae fuit 14, Solis 19, littera Dom. E. ergo Pascha fuit Aprilis die 13. a quo si retro numeremus Dominicas 9, pervenimus ad Februarii diem 9, Dominicam τοῦ ἀσώτου seu filii prodigi. pridie ergo fuit sabbathum Februarii dies 8. Dominica illa ἀσώτου nobis Latinis Septuagesima dicitur. ab illa Dominica ad sequentem, quae τῆς ἀποκρέω appellatur, carnibus egregie vescuntur Graeci. convenit etiam notatio diei 8 Martii anni illius, qui fuit *σάββατον δεύτερον τῶν ηη-σταίων*, quo die patriarcha Iosephus papam salutavit osculo pacis in domino, ut refert Phranzes cap. 16 lib. 2. et qui concilio interfuerunt Graeci idem tradunt, adduntque patri-

archam noluisse iuxta occidentalium consuetudinem papam salutare.

P. 212, 23. ἔδωκαν οὖν αὐτοῖς] Quodnam templum Veneti Graecis ad liturgiam celebrandam tunc concesserint nescio, nisi forte S. Georgii, in quo Venetias reversi pro defuncto patriarcha liturgiam celebrarunt. notant qui adfuerunt Graeci, a Venetiarum duce rogatum imperatorem a concilio Venetias reversum, ut Graecos in D. Marci templo liturgiam celebrare iuheret; quod factum. ad celebrandum Protosynacelus, quos Latinis norat maxime adversari, elegit; et praesente Venetiarum duce patriciisque sacra liturgia, iis probantibus caerimoniasque laudantibus, peracta est. excusant hanc celebrationem in Latinorum templo peractam, dicuntque in proprio Antimensio celebrasse, vasis suis usos esse, omnemque ordinem et caerimonias ecclesiae suae servasse. nec omittendum est Heraclae archiepiscopum cum Lacedaemoniensi celebrare noluisse, eo quod irregularis ipsi factus videretur, quod ad ordinem sacerdotalem quendam homicidam promovisset.

P. 214, 8. ὁ δὲ καρπὸς τοῦ ὄρου] Illa de additione seu potius explicatione, symbolo facta, contentio exorta est circa tempora Leonis papae IV, qui anno 847 adsumptus est, anno vero 855 obiit.

P. 214, 11. πάντες οὖν ὑπογράψαντες] Iulii die 5, dominica, anno 1439, Graeci decreto subsignarunt, excepto Ephesino Marco. papa deinde subsignatione sua confirmavit et probavit: rem porro infectam esse dixit, cum Ephesium non subscripsisse intellexit. postridie Iulii 6, ser. 2, liturgia celebrata est. cantores papae et musici cecinerunt, deinde Graeci τὴν μεγάλην δοξολογίαν. decretum in ea lectum. Philanthropininus mantile, quo manus abstersit papa, porrexit. et celebrata illa Missa unio perfecta est. petiit deinde a papa imperator ut eo praesente Graeci quoque Liturgiam celebrarent; quod obtinere nequivit.

P. 259 P. 215, 3. καὶ αἰτία] Graeci theologi aliquando utuntur hoc verbo αἰτία in explicando SS. Trinitatis mysterio: sed eo sensu intelligunt, ut filius genitus a patre generante ut principiatum a principio, non vero tanquam effectus a causa differat, ut ὁμοσίου ratio integra servetur.

P. 215, 7. καὶ ὁ Πατριάρχης μετὰ τὴν ἔνωσιν] Qui concilio adfuerunt, aliter tradidere, patriarcham scilicet Iunii die 10, Indict. II, patriarchatus anno 24 ineunte et ante dies 20 coepto, dum coenaret obiisse. decreto vero non subsignaverunt Graeci nisi Iulii sequentis die 5.

P. 215, 11. ἀπὸ Βοιωτίας εἰς Κωνσταντινούπολιν] Cpolim redierunt Graeci anno 1440, Februarii die 1, In-

dict. III, feria 2 τῆς τυροφάγου: fuit enim hoc anno Pascha Martii die 27, cyclo Lunae 16, Solis 21, litteris C B; unde Dominica τοῦ ἁσώτου seu Septuagesimae concurrit cum Ianuarii die 24, et Dominica τῆς ἀποκρίτου cum 31 Ianuarii, ita ut Februarii dies prima fuerit feria secunda τῆς τυροφάγου septimanae, qua Graeci caseis ad Dominicam sequentem vesci possunt.

P. 215, 15. δ δὲ βασιλεὺς πέμπει πρόσβεις πρὸς τὸν Μωράν] Phranzes lib. 2. cap. 13 notat Amiram Moratem, ad quem Andronicus Iagrus seu Iagris missus est, voluisse ab illa profectione imperatorem avertere. alii dicunt Iohannem imperatorem ad Moratem misisse Paulum Asanem, ut de profectione sua eum certiore faceret. Moratem discesum imperatoris in Italiam dissuasisse, veritum ne quod foedus cum Latinis contra Turcos iniret. - Veziros etiam Asani dixisse tradunt Sultani amicitiam quam Latinorum utiliore imperatori fore.

P. 216, 7. ὁ Ἑρακλείας Ἀντώνιος] Hic Antonius Heraclidean metropolita, postquam Cpolim Graeci reversi de eligendo patriarcha egerunt, vel invitus electioni adfuit, non ut suffragium ferret (negavit enim id laturum) sed ut coram V. 192
universo clero peccatum, quod admiserat subscribendo decreto Florentino, confiteretur ac execraretur; seque dignum cui manus, qua subscripserat, praescinderetur, quibusdam familiariter secum versantibus se fassus est.

P. 216, 13. τιμὴς τῶν ἀρχιερέων ἐν τῇ ὑπογράφειν] Qui ex clero Cpolitano concilio Florentino adfuerunt, negant, quando decreto subsignatum est, Graecos σιτηρέσιον, id est cibaria et pecunias, petiisse, aut Latinos promisisse; quod Graecis tamen in patriam reversis obiectum est, ipsosque auro suffragia sua vendidisse. iidem fatentur pecuniam accepisse aliquos, plures tamen eorum decreto non subsignavisse. de illo Florentino concilio adeundus Laonicus lib. 6, Phranzes lib. 2 cap. 13 et seqq. usque ad 17.

P. 217, 1. Cap. 32. Hoc capite Ducas in rebus Hungaricis parum peritum se prodit, cum eo tempore Hungariam a regina gubernatam et Ianeo scribit. sic autem se res habet. Albertus Austriacus Sigismundi gener, cum socero defuncto successisset in Hungariae regno, biennio fere regnavit, obiitque anno 1439 Octobris die 27, Elizabetha coniuge praegnante relicta, quae anno 1440, Februarii die 22, Ladislaum posthumum peperit. nuptias quoque Ladislai Poloni, regis Poloniae Casimiris fratris, aspernata, anno eodem in festo Pentecostes filium suum infantulum Hungariae regem coronari curat. seditiosi interea aliquot Hungariae proceres Ladislaum Polonum regem eligunt et in Hungariam evocant.

adventantem Polonum cum Elizabetha sensitset, in Austriam, filio secum abducto et Hungariae corona clam subrepta ac asportata, ad Fridericum III imperatorem aufugit. Ladislaus P. 266 Polonus die 17 Iulii Hungariae rex coronatur, eique corona, qua S. Stephani regis reliquiae coronatae erant, imponitur; quod aliam Regina suffurata esset secumque abstulisset. Polonus Hungariam usque ad cladem Varnensem rexit. coque interfecto Ladislaus posthumus, cuius mater Elizabetha regina anno 1441 obierat, Hungariae rex iterum anno 1445 proclamatur; simulque Iohannes Hunniades Corvinus interrex et regni gubernator eligitur, eique reipublicae Hungaricae summa traditur; quam ad annum usque 1453, cum Ladislaus posthumus ex Austria in Hungariam reversus est, rexit. Georgius Serviae despota, post Sigismundi obitum et Smedrovum a Morate occupatum, tota Servia spoliatus cum filio suo Lazaro Antibarium, vulgo *Antivari*, se recepit. cum Morates ab huius urbis incolis repetit, et Ragusium aufugere cogit, eamque Ragusaeos Morates, ut Georgium sibi dederent, sollicitaret, molestiam et incommodum Ragusaeis creare despota veritus, in Hungariam ad regem Wladislaum sive Ladislaum Polonum confugit, eumque rogat ut sibi contra Turcos opem ferat. Ladislaus Georgii aerumnis ac calamitate motus, simul ut Turcorum audaciam retunderet, in Turcos movere destinat, bellamque ad annum 1443 protractum est, veritus Morates illius belli exitum, inducias decennales cum Ladislao et despota pepigit, huicque ditiones suas ipsamque Semendriam restituit. vix compositis induciis ad arma reditum est; Iulianoque Cardinale Caesarino auctore atque impulsore Ladislaus inducias et iusiurandum violat foederaque confundit. denuo itaque conscripto exercitu Ladislaus anno 1444 Morati bellum infert, poenas vero repetente Nemesi a foederum corruptoribus iurisqueiurandi contemptoribus, ad Varnam, Tiberiopolim olim appellatam, ad pontum Euxinum sitam, praelium committitur; in quo Ladislaus et Iulianus Cardinalis occubuerunt, magnaque clade Christiana respublica afflicta est. Bonfinius D. 5 libb. 4, 5 et 6, Thwroczius in Chronicis Hungaricis, Gerardus de Roo Hist. Austriacae lib. 5, et Maurus Orbinus in Slavorum regno.

P. 217, 14. τῆς καλουμένης σοφίας] Urbs Serviae Sophia.

P. 217, 17. ὁ δὲ Μωράι] Iuxta Annal. Turc. a. Heg. 847, qui coepit a. C. 1443 Kal. Maii fer. 4.

P. 217, 21. Ἰζλάτη] Hunc locum angustias saltus Isladini Leunclavius appellat.

P. 218, 16. μὴνύει ἐν Οὐγγρία ἐγγένῃ] Fieri nequit istud, ut ex superioribus liquet. aufugerat anno 1440 regina,

et in Austriam transierat, anno sequenti 1441 res humanas reliquit; quare gestis anno 1445 interesse non potuit.

P. 218, 17. ἦν γὰρ πρωτοστράτωρ ὁ Ἰάγγος] Verum est Iancum seu Iohannem Hunniadem praefectum generalem Hungaricae militiae fuisse.

P. 218, 17. ὁ δὲ τοποτηρητὴς ἦν ὁ ῥήξ τῶν Σάξων] Hoc falsum. Ladislaus enim Polonus rex fuit Hungariae, eamque regio nomine, non tutorio aut vicario rexit; nec unquam Saxonum, qui hoc loco pro Polonis a Duca sumuntur, rex fuit, sed Casimiri Poloniae regis frater. videndus Leuncl. lib. 14 de istis motibus bellicis et pace cum Hungaris Turcisque inita.

P. 219, 1. ὁ δὲ Ἰάγγος οὐκ ᾔμωσε λέγων] Cum istis non bene conveniunt quae huius capituli initio dixit Ducas, omnia scilicet in Hungaria per reginam et Hunniadem gesta fuisse et gubernata: hic vero per proregem et regis adolescentis tutorem. quamvis vero Ducas res Hungariae personarumque principum statum ignoraret, res inter Turcos et Hungaros gestas optime persecutus est. de istis bellis adeundi Laonicus lib. 6 et 7, Leunclavius lib. 14, et Phranzes lib. 2. cap. 18.

P. 219, 4. κατὰ τοῦ Καραμάν] Laonicus lib. 6 et Leuncl. lib. 14 huius quoque belli, post motus Hungaricos Serviosque compositos, historiam narrat.

P. 219, 19. Λάρανδα] Urbs Lycaoniae sub Iconii throno.

P. 220, 4. χειμῶνος δὲ ἄρξαντος] Leunclavius Aladinis mortem ex historiis Turcicis anno 846 et ex Annalibus anno 847 contigisse statuit, ante bellum a Iohanne Hunniade et Georgio despota Turcis illatum. Ducas vero post bellum illud confectum pacemque cum Hungaris et Serviis compositam tradit.

P. 220, 21. ἐξ Αἰγαίου πελάγους] Leunclavius idem notat lib. 14. et in Annalibus Turcicis classem Italorum fuisse dicit.

P. 221, 7. Βύγλας] Forte hic intelligenda urbs in Odrysis, quae Βούκελος appellatur, sub metropoli Adrianapoleos Aemi montis. Bilgiur Turcis appellatur, ut ex vocabulorum elementis probabile fit.

P. 221, 9. καὶ τῇ ἐπιούσῃ συνάπαντες πόλεμον] Nov. 10. a. 1444, Heg. 848, qui coepit 19 April. die Dominica. Nov. 10 erat Regeb vel Regiab mensis dies 29, feria 3.

P. 221, 13. ὁ δὲ Ἰάγγος ἐκώλυεν] Idem Phranzes lib. 2 cap. 18 tradit. Laonicus lib. 7. Wladislaum, ut castra Moratis aggredere, a quibusdam impulsus qui Hunniadi invadebant, scribit.

P. 222, 3. *ὁ γὰρ Χαλίλ*] Leunclavius lib. 14 et Laonicus lib. 8, quibus artibus Chalil Moratē in regium solimā reduxerit, exponunt. id factum adnotant Annales Turcici anno Hegirae 850, id est Christi 1446, expeditionemque Moratis in Moream eodem anno. sed ita intelligendum est, anno 849, Christi 1445 Moratē in thronum imperatorum reductum; in Peloponnesum sub finem anni 1445, at Hegirae 849 venisse, et anno 1446, Hegirae 850 Hadrianopolim rediisse. tam annales Turcici quam historia Hungarica adnotant Moratis in Moream expeditionem plusquam biennio antevertere Hunniadis cum Morate in campo Cosovo praelium; quod verum est, expeditio siquidem in Moream contigit circa finem anni 1445 et initium 1446, pugna in campo Cosovo anno 1448. Phranzes tamen et Chronicum breve, quod hic dedimus, ad annum 6955 mensemque Decembrem, id est Christi 1446, referunt. Ducas forte huius quoque pugnae mentionem statim subiicit illis quae de Varnensi narravit, quod ad res Hungaricas et Serviorum pertineant.

P. 222, 10. *τὸ Νῆσιον*] Nisis urbs Serviae ad Ibarem fluvium. Ptolemaeo in IX Europae Tabula habet *Νέσων* in superiore Mysia; in qua habetur etiam fluvius Ciabrus, quem aliqui volunt esse Ibarem: verum in illa Ptolemaei tabula longissime abest Ciabrus fluvius ab urbe Neso. Laonicus lib. 7 *Νῆσιον* vocat.

V. 193 P. 222, 22. *ὁ γὰρ Κωνσταντῖνος*] Adeundus Laonicus lib. 7, ubi diffusius illam expeditionem narrat, et cum nostro prorsus sentit. Phranzes lib. 2 cap. 19.

P. 223, 9. *παρεδίδοντο ὑπὸ τῶν Ἀλβανιτῶν*] Moreae seu Peloponnesi partem Albanos habitasse testatur Phranzes lib. 3 cap. 21, qui ipsos vocat Peloponnesios Albanitas.

P. 223, 11. *μέχρι Πατρῶν καὶ Γλαρέντζας*] Patrae urbs Achaiae in Peloponneso metropolis. Clarenza vulgo *Chiarenza*, olim Cyllene, in Elide Peloponnesi. aliis est *Dyme*. sita est in ora occidua Moreae seu Peloponnesi.

P. 223, 13. *τὸ Ἑξαμίλιον*] Hexamilium Morates oppugnat Nov. 27, capit Dec. 10. a. Ch. 1445.

P. 223, 15. Cap. 33. *ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης*] Phranzes lib. 2 cap. ult. Laonicus lib. 7 sub finem. Constantinus imperatoris Iohannis frater Demetrio patri natu maiori praelatus est: metuebant enim Cpolitani ne Constantinus repulsam passus Demetrio et urbi bellum inferret resque Graecorum reliquas perderet.

P. 223, 19. *ὑστατος βασιλεὺς*] Iohannes ultimus imperator appellatur, quia nunquam Constantinus eius successore coronatus est.

P. 224, 1. *βουληθεὶς δὲ γάμους ποιῆσαι*] Leunclavius

lib. 14 hanc mulierem Dulgadiris, qui est Turcatir, neptem et Suleimani filiam fuisse tradit ex historia Hanivaldana, noster Ducas Turcatiris seu Dulgadiris filiam dicit, in quo cum Verantiana historia consentit.

P. 224, 3. *Τουργατήρ*] Huius Dulgadiris sive Turca- P. 262
tiris ditio Anadole, sed vera pronuntiatione Aladeule, ut vult Leunclavius in Pand. Hist. Turcic., Cappadocia ad Boream et occasum terminatur: ad meridiem Syria et Carmania ei obiacent, ad ortum Armenia minor. Leuncl. cap. 163 adeundus.

P. 225, 10. *ἔγνω τὸν θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*] De Moratis morte et Mehemetis initiis Laonicus lib. 7 in calce et 8 in capite adeundus. Leunclavius etiam lib. 14 et 15 et Phranzes lib. 3 cap. 2.

P. 227, 24. *πλείστα νομίσματα κενώσας*] Leunclavius in Annalibus Turcicis, Selimem II in funere patris ingentem pecuniae summam erogavisse scribit et funebre epulum apparasse. in funere Baiazitis Iltrim seu Gilderunis epulum etiam instructum lib. 8 Hist. Musulm. in fine.

P. 228, 1. *ὁ θάνατος οὖν τοῦ Μωράτ*] De genere mortis Moratis et eius indole eadem, quae Ducas, ex Turcorum historiis Leunclavius tradit.

P. 228, 21. *τὴν νῆσον*] Illam sic explicat Leunclavius. *Insula vero Adrianopolitana vocatur interiectum fluminibus duobus, Meritzae Tunsaeque, spatium; quod amoenos admodum hortos, campos et prata complectitur. Meritza olim appellatus fuit Hebrus, Tansa vero Taenarus.*

P. 229, 10. *δευτέρα τοῦ Φεβρουαρίου μηνός*] Vide notam in huius capituli fine, ubi de anno mortis Moratis pauca disserimus.

P. 229, 16. *ἐκβαλὼν τὴν σφενδόνην*] Apud Oneirocriticos annuli eieccio significat rerum amissionem. Artemidorus lib. 5 cap. 52: *ἔδοξέ τις τὸν δακτύλιον, ᾧ πάντα κατασημαίνετο, ἐκβαλεῖν, εἴτα ζητῶν καταλαβεῖν τὸν ἐν αὐτῷ λίθον καταεαγμένον εἰς πολλὰ ὥστε ἀχρηστον εἶναι. διέπνευσεν αὐτῷ πάντα τὰ τῶν πραγμάτων ἡμερῶν πέντε καὶ πενήκοντα. visus est sibi quis annulum suum, quo omnia obsignabat, eiecisse, et postea quaesivisse, ac reperisse lapidem ei infixum in multa fragmina comminutum et ad obsignandum inutilem. dissipatae ac dispersitae sunt cunctae res illius quinquaginta quinque diebus.* et iuxta Persas ac Aegyptios tradit Achmetis in Oneirocriticis cap. 260 annulum reges et regiam potestatem significare: *τὸ δακτυλίδιον εἰς κύρωσιν βασιλείας κρίνεται. πολλὰκις γὰρ καὶ οἱ βασιλεῖς ἐξ αὐτοῦ κρίνονται, καὶ ἄνευ στέμματος. annulus ad regni confirmationem refertur: saepius enim reges, etsi absque corona, ex eo intelliguntur.* et infra,

καθ' ἑλπον τὸ δακτυλίδιον πρὸς τοὺς ποιῶντας ἐξουσιάζειν ἢ βασιλεύειν οὕτω κρίνεται· τοὺς δὲ μὴ ποιῶντας, χάριν καὶ τέκνον μετὰ γυναικὸς σημαίνει. *generaliter annulis, eorum respectu qui res gerunt et administrant, potentiam et regnum indicat. privatae vero conditionis hominibus gaudium, liberos et uxorem praenuntiat.* σφενδόνη est proprie pala annuli, sed pro ipso annulo hic accipitur.

P. 250, 15. εἶτα εὐρώων παιδίον] Leunclavius lib. 14 sub finem, hunc puerum Cutzug-Achmetem appellat, nec a fratre suo necatum tradit; imo ex Moratis II liberis solum Mehemetem superstitem fuisse. quod etiam disertis verbis scripsit Phranzes lib. 3 c. 2. at Laonicus hunc puerum spiritu aqua ei intercluso necatum fuisse docet. hic ex Spendiaris seu Isfendiaris filia natus erat Leunclavio teste loco citato; et verba Ducae, qui Mehemetem ancilla natum tradit, confutant Reinneccium et Philippum Lonicerum, qui scripsere ortum ex Maria Georgii uxore filia, religionis Christianae dogmatibus ab ea imbutum. quodsi res ita se habuisset, credibile non est illam Morate mortuo ad patrem remissam fuisse.

P. 250, 21. πρωτοοσιτάριος] Turcice *Capigi-bachi*.

P. 251, 1. τῷ Ἰσαὰκ εἰς γάμον ἡρόμοσατο] Laonicus lib. 7 idem tradit de Spentiaris filia Isaaco-Bassae nupta et de Georgii despotae filia ad ipsum remissa.

P. 252, 1. ὁμοίως καὶ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει] Laonicus lib. 7 pacem a Graecis initam et foedera sancita cum Mehemete tradit.

P. 253, 1. τοῦ Ὁρχάν τοῦ προλεχθέντος] Hic Orchanes, secundum Turcos, Dusme seu supposititius fuit: Orchanis filius ferebatur, Suleimanis, qui Ducae Musalmanus, nepos, et Baiazitis I pronepos. de quo Orchane sic loquitur Leunclavius lib. 11.

P. 263 *Urchanem filium superstitem cum filia quadam unica reliquit. ambo simul arrepta, Musae patri mctu, fuga Cpolim se receperunt.* infra cap. 40 in urbis expugnatione Orchanes, de quo hoc loco fit mentio, agnitus occisus est.

P. 253, 5. Ῥόδιοι] Ex Iacobi Bosii Histor. militiae Hierosolymitanae lib. 6 discimus magnum Rhodi magistrum Fratrem Iohannem Lasticum legatum ad Mehemetem destinasse Petrum Zinottum, qui pacem cum Mehemete anno mundi 6959, Ind. XV, Christi 1450, Decemb. 25, Hegirae vero 853, firmavit.

Hoc loco notabimus discordiam auctorum in assignando anno Christi quae obiit Sultanus Morates II. hic Bosius et noster Ducae anno 1450 contigisse asserunt: verum refragantur Phranzes lib. 3 cap. 2, qui asserit mortuum anno mundi 6959 mense Februario, et Leunclavius, qui lib. 14 et in Annali-

bus Turcicis e vita migrasse refert anno 855, mense Meherem, die Mercurii seu feria 4. totis 13 diebus mors illius occultata est: die vero 16 Meherem Adrianopolim accessit Mehemetes. coepit annus Hegirae 855 Februarii die 3, feria 4, anno 1451, cum cyclus Solis esset 4, littera C. obiit Morates die Mercurii seu feria 4, Meherem seu Muharram mense. usque ad filii adventum mors eius in occulto per dies 13 habita est, et die 16 Muharram Mehemetes Adrianopolim venit. dies 16 fuit feria 5 seu dies Iovis, qui congruebat tunc cum die 18 Februarii. a quo si retrocedamus per 13 dies, proximam feriam 4 reperiemus Muharram diem 1 Februariique diem 3. unde concludere possumus Moratem obiisse Februarii die 3, quae fuit neomenia Muharram; deincepsque eiusdem mensis die 16, seu 14 Muharram, mortem Moratis vulgatam, simulque Sultani Mehemetis Callipolii adventum; biduo post, nempe 16 Muharram et Februarii 18, Mehemetem imperatorem salutatum fuisse. in hocce Ducæ V. 194 textu scriptoris, non auctoris errorem esse ut credam, adducor eo quod, quid quoque anno gesserit Mehemetes, diligenter persequitur. ab anno itaque urbis captae 1453 si regrediendo annos computemus per res a Mehemete gestas, anno 1452 illum occupatum in aedificando castro ad Bospori fauces videbimus, anno vero 1451 bellum Caramano intulisse, eodem nempe quo Morates ipsius pater fati concessit. unde dubitandum non est quin error scriptoris sit in textu, in quo legendum *ἔτη 6959, Feb. 23.*

P. 233, 11. Cap. 34. *σὺν αὐτῷ ἐπιτρόπῳ Οὐγγρίας τῷ Ἰάγγῳ*] Mehemetem pacem cum Triballis seu Servii iniisse statim ac fasces imperii suscepit, testis est Laonicus.

P. 233, 13. *κατὰ τοῦ Καραμάν ἐκστρατεύει*] Hanc expeditionem statim post patris obitum suscepisse Mehemetem anno Hegirae 855, Christi 1451, tradit Leunclavius, et Laonicus lib. 7 sub finem.

P. 233, 22. *φοροῖρια τρία*] Videnda sunt capp. 29 et 32 supra.

P. 234, 21. *ἀσπρῶν τριακοσίων χιλιάδων*] Si pro singulis piastris Hispanicis argentea aspra 120 tunc computabantur, accipiebant Graeci annuam pensionem ad Orchanem alendum piastrorum 2500. hocce vero tempore 80 solummodo aspris piastrum mutant, edicto imperatorio de re monetaria ante quinque circiter annos lato; dum Vezir-azemus erat Kara Mustapha Bassa, vir quamvis ineruditissimus, ut qui nec legere nec scribere sciebat, in rebus gerendis negotiisque expediendis solertissimus ac promptissimus.

P. 236, 9. *μορμολύκεια*] Apud Theophylactum Simocattam lib. 2 cap. 14 in oratione cuiusdam senis ad Com-

mentioli exercitum, οὐ γὰρ καθάπερ παῖδας ἡμῶς μορμολύτ-
εται τοῖς σφίσμασι.

P. 264 P. 238, 19. ἔτος ἑστί που ἑκατοστόν] Bonfinius Hist.
Hungar. D. 3 lib. 8 Constantinum questum esse de hoc novo
opere apud Sultanum Mehemetem tradit. in annorum inter-
vallo fallitur Ducas. Adrianopolis enim capta est anno 1560
vel 1562, Mehemetes vero anno 1452 castrum aedificabat :
anni itaque tantum 90 vel 92 elapsi sunt.

P. 240, 19. ἃ οὐκ ἠδύνατο] Mehemetes χειροδέκην hic
se profitetur, iusque habere in manibus et armis. quae ratio
aliena invadendi universum terrarum pervasit orbem, ita ut
qui viribus pollent, iure ac causa superiores esse se credant,
quasi fortioribus ac validioribus infirmi ac invalidi iure natu-
rali parere teneantur. leones ceteraque ferocia animalia, quae
raptō vivunt, imitantur isti; quae quidem solitarie vagantur
nec gregatim ambulant. illi ergo homines societatem ceteris
renunciare, et se diversae a vera genuinaque humanitate dif-
ferentis speciei esse praedicare debent, ut et leones ab ovibus,
vultures et aquilas a gruibus differre novimus. humana equidem
natura ad societatem nata, secundum verum dictamen rationis,
imperium non viribus sed sapientiae defert, quae suum cuique
tribuere, neminem laedere, alienaque non rapere docet.

P. 241, 11. ὁ δὲ Μεχεμετ ἦδη ἔαρος ἀρχῆ.] Phranzes
Martii 26 castrum aedificari coeptum lib. 5. cap. 7 tradit.

P. 241, 12. καταφύγια] Nescio num sit locus Bospori
littori Asiatico adiacens, Καταγγετον appellatus, et nomen il-
lius mutatum fuerit.

P. 242, 1. Πάσχεσιν] Laonicus lib. 8 hocce castrum
appellat λαιμοκοπίαν : sed iuxta vulgi errorem scripsit istam
arcem aedificatam esse κατὰ τὴν Προποντίδα ἐν Βοσπόρῳ.
differunt enim et appellatione et situ Propontis et Bosporus
Thracius. Leunclavius a Turcis *Kessen-hisari* appellatum
fuisse monet. Gyllius in Bospori Thracii descriptione arcem
illam in promontorio Hermaeo aedificatam fuisse. Sostheni-
um vero et Phonea Ponto Euxino viciniora sunt, et propter
ea Hermaeo superiora; de quibus Gyllius adeundus lib. 2
de Bosporo Thracio capp. 12 et 13. ista porro appellatio
Basc-Kesen recte reddita est a Duca κεφαλοκόπτης : *basc*
enim caput significat, *kemek* scindere, et participium *kexen*
scindens.

P. 242, 24. τοῦ ναοῦ τοῦ ταξίαρχου Μιχαήλ] Voca-
batur templum illud τῶν ἀσωμάτων, id est *incorporatorum*,
quoniam dicatum erat S. Michaeli archangelo, angelorum et
militiae caelestis archistratego. vocabatur etiam Michaelium;
quo in loco Estiis ab antiquis appellato aedificatum fuerat.
Sozomenus lib. 2 : τόπος ὁ ἐν Ἐστίαις, in quo τὸ Μιχαήμ-

ον. archangelus Michael ibi apparuit, multaeque morborum miraculosae curationes factae sunt, ut tradunt Graeci.

P. 243, 21. ἐκ τοῦ Ἀδραμυττίου] Ispendiarius filius Sinopes reguli Adramyttio, seu ut Ducas habet, Adramyntio Epibatas venit, quod castrum non longe a Selymbria situm est. Adramyttium urbs est Aeolidis ad mare sita, quae hodie *Landrimytti* appellatur. quare probabile est hunc Isendiarius filium, Moratis Sultani defuncti generum, Adramyttii tunc degisse, non vero in Sinopensi provincia. aliqua de causa voluit Morates generum suum apud se degere et Adramyttii sedem habitationis habere. non enim ad Epibatas accessisset aut Adramyntio profectus esset, si ex mari Pontico ad castrum novum profectus fuisset. Adramyttium porro urbs sub metropolita Ephesio.

P. 246, 4. ἄλωνα] Haec vox locum seu aream, in qua messis trituretur, significat, at pro ipso frumento hic usurpatur.

P. 246, 9. Φερουζαγαν] Leunclavio Pherizes - begus appellatur, in historia Hungarica Frige - begus.

P. 247, 6. Cap. 35. εἰς τεχνίτης] De illo artifice P. 265 Leonardus Chiensis in enarratione captivitatis Cpoleos: *itaque artifex cui provisio negata fuit ex nostris, ad Teucros (Turcos dicere vult) reductus, quanto ingenio potuit, naves frangere studuit.* Laonicus de eodem lib. 8: *τηλεβολιστής δὲ ἦν τοῦ βασιλέως, τοῦνομα Ὀρβανός, διὰ τὸ γένος, καὶ πρότερον παρ' Ἑλλήσι διατριβών, καὶ τοὺς Ἑλληνας ἀπολιπὼν δεσμευὸς βίον, ἀφίκετο παρὰ τὰς θύρας τοῦ βασιλέως. Sultani porro bombar tarius erat Dacus quidam nomine Urbanus, qui inter Graecos primum habitaverat; vicium vero quotidiani inopia coactus eos reliquit et ad Sultani portam se contulit.*

P. 248, 9. Ἔντζος ὁ ναύαρχος] Phranzes lib. 3 cap. 3 de isto Riccio mentionem facit, et a Turcis interfectum fuisse insinuat his verbis: *et ego 14 Septembris anni 6960, Christi 1451 Cpolim incolumis reverti, in navi optimi viri Antonii Ritzii, qui postea propter Christi fidem martyrium pertulit.*

P. 250, 15. λαλά] Sultanus Vezirem suum hac voce compellens ei adblanditur, et anxietate metuque liberat.

P. 252, 16. Cap. 36. Γρηγόριος] Hic Gregorius teste Phranze lib. 3 cap. 3 anno 1451 mense Augusto ab urbe instar exulis discesserat.

P. 253, 4. ὁ Καθδηνάλιος ὄν] Inter eos qui mercede conducti sunt a Cardinali Sabinensi Isidoro, fuit Leonardus Chiensis Mitylenes archiepiscopus, ut ipse testatur in principio narrationis de captivitate Cpolitana.

P. 253, 12. τὸ πλείστον ὄν μέρος τοῦ ἱερατικοῦ] Idem testatur Leonardus Chiensis.

P. 255, 1. *κατὰ τοῦ Χοσροῦ*] Heraclio imperante Hunnorum Avarum rex Chaganus Cpolim adortus est, dum V. 195 Chosroes in Asia imperii provincias populabatur et Heraclium in Persarum propulsandis incursionibus distineret. post annos vero 36 imperante Constantino Pogonato Agareni Cpolim obsederunt. tertio sub Leone Isaurio iidem Agareni urbem oppugnarunt. hisque angustiis pressae urbi ter Beatissima virgo Hodegetria opem tulit, ut Graeci docent. has ob causas et tanti beneficii memores Cpoleos incolae sabbato quintae septimanae ieiuniorum, id est more nostro loqueadi sabbato ante Dominicam passionis, secundam vigiliam Palatii celebrabant, quae τῆς ἀκαθίστου vocabatur, in qua hymnus ἀκαθίστος et δλονύκτιος a clero et laicis stantibus per. totam noctem canebatur. ἀκαθίστος enim appellata est illa solemnitas propterea quod a stantibus, non sedentibus indesinenter hymnus canebatur.

P. 255, 16. *ἐν μηνὶ Δεκεμβρίῳ*] Leonardus Chiensis: *verum quoniam nec ratio nec auctoritas nec variae Scholarii Isidori Neophytique opiniones adversus Romanae ecclesiae fidem stare poterant, actum est industria et probitate praesati domini Cardinalis, ut sancta unio assentiente imperatore senatueque, si non ficta fuit, firmaretur celebrareturque secundo Idus Decembris, Spiridionis episcopi sancti die.* qui pridie Idus Decembris duodecimus est mensis.

P. 256, 7. *ἄφρατς, ἰδωμεν*] Allegata quam proxime verba Leonardi, *si non ficta fuit*, confirmat hic Ducas.

P. 266 P. 258, 6. Cap. 37. Laonicus l. 8 in principio consulendus, qui apparatus istum describit machinaeque advectionem. Leonardus etiam Chiensis adeundus, et Phranzes lib. 3 c. 8.

P. 258, 23. *ἡ δὲ Σελυμβρία*] Capta Cpoli Selymbria deditionem fecit.

P. 259, 4. *σκήπτρα*] Hic pro turmis equitum tribus usurpatum *σκήπτρα τρία*, quae sub totidem bandis seu vexillis stipendia faciebant.

P. 259, 19. *κανὼν*] Canon hic pro poenitentia et poena quae poenitenti indicitur.

P. 260, 4. *φελώνεις*] Penulam interpretantur alii: sed genus vestis communis olim fuit. *pallium* vertere nolui, siquidem sacerdotibus non convenit, sed solis archiepiscopis, quibus a summo pontifice confertur; a quo etiam olim patriarchae Cpolitani id acceperunt. stolam interpretari placuit, quae omnibus sacerdotibus convenit et propria est. hodie apud Graecos non solum patriarchae sed et episcopi *pallium* gerunt.

P. 261, 1. *ἐν τῷ ναυῷ αὐτῆς*] Vocabantur oratoria illa

ἐκτὴρια. de quibus Canon 31 Synodi 6 in Trullo: τοὺς ἐν τοῖς ἐκκλησίαις οἰκίαις ἔνδοξοις οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργοῦντας κληρικούς ὑπὸ γνώμῃ τοῦτο πράττειν τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου ὀφείλομεν, ὥστε εἴτις κληρικὸς μὴ τοῦτο οὕτως παραφύλαξῃ, καθαιρεῖσθω. *clericos qui in oratoriis intra domus privatae parietes constructis sacra faciunt, sacras liturgias celebrare in illis ex episcopi loci sententia et assensu decernimus. quodsi quis clericus decreto nostro non paruerit, deponatur.* et Leo Philosophus novella 4 de illis ita statuit: ὀφείλομεν οὖν οὐ μόνον τοὺς ἐκάστης καθολικῆς ἱερεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἐκάστης οἰκίας, ἄδειαν ἔχειν ἐν πάσαις ταῖς οἰκίαις ἱερᾶσθαι τε καὶ μυσταγωγῆν, οὓς ἂν προσκαλεῖσθαι αἰροῦτο ὁ ἐκάστης οἰκίας δεσπότης. *decernimus itaque non solum singularum ecclesiarum Catholicarum (id est hoc loco paroecialium) sed etiam uniuscuiusque domus sacerdotibus libere in omnibus domibus sacram mystagogiam celebrare posse, quos singularum domuum dominis vocare visum fuerit.* novella deinde sequente in iis baptizare quoque permittit. adeundus Theodorus Balsamo.


P. 261, 11. εἰ γὰρ λάβοις] Quasi corporis dominici consecratione conficiendi potestatem, unionem amplexus amisisset. insanis Graecos ac transversos actos fuisse certissimum est.

P. 261, 16. οὐκ ἦν ἐνζυμος] Ista ad ecclesiae Graecae ritum pertinent, quae panem fermentatum adhibet et aquam calidam calici immiscet.

P. 262, 23. τῇ παρασκευῇ οὖν τῆς διακαινησίμου] Hebdomada illa Diacaenesimi seu renovationis ea est, quae Paschatis diem sequitur; cuius Codinus Curopalates meminit c. 14 lib. de officiis aulae Cp. vocatur etiam νέα, id est nova, ob renovatos baptismate catechumenos, qui Paschate baptizati fuerant. Latina Balsamonis commentariorum in Canones Apostol. Canone 69 versio, quorum textus Graecus non extat, sic habet: *hebdomas autem τῆς διακαινησίμου tanquam ipse magnus dies Dominicus reputatur.* anno illo Aureus numerus seu Lunae cyclus fuit X, cyclus Solis VI, littera G. Pascha Aprilis 1, feria 6, diacaenesimi Aprilis 6. Pentecoste Maii 20, Dominica omnium SS. Maii 27. iuxta Ducam ergo coepit Cp. obsidio Aprilis die 6. iuxta vero Leonardum Chiensem, et qui eum secutus est, Bizarum, coepit Nonis seu die 5 Aprilis. Phranzes Aprilis 2 obsideri coepisse l. 3 c. 8 asserit. Hist. Turc. oppugnationem tradunt Rebiul-evel die 17, qui fuit Martii dies 28.

P. 263, 2. κατέναντι τῆς πύλης τοῦ Χαρίσου] Alibi habet Χάρσου. Gyllius lib. 1 cap. 20 Topographiae Cpoleos portae Charsianae meminit. Leunclavius cap. 200 Pandectar. Hist. Turcicae, hodie vocari a Turcis *Egri capi*, id est ob-

liquam portam, docet. Graeca vox *κάριστος* *obliquam* significat; et tramite obliquo in urbem per illam portam patet ingressus, qualem in portis arcium urbiumque munitarum locandis architecti nostri regulam servant. loco citato notat Leunclavius a quodam Charsia portam illam Charsiam appellatam; quem P. 267 Venetae factionis fuisse Paralipomena originum Cpolitanarum a Gretzero edita tradunt, et Magdalaе cuiusdam tribuni plebis collegam, quando Theodosius iunior diebus 60 muros terrestres ad Blachernas usque construxit. vicina est illa porta palatio Constantini vulgo dicto, Blacherniano olim appellato. Leonardus Chiensis portam illam appellat Caligaream sive Caligiariorum, qui sutores sunt. in illo Constantini palatio cubiculi superioris concamerationis ianuae boream spectantis, et qua in meniana patet exitus, lapidi superliminari aquila biceps alis expansis insculpta est; et in columellarum, quae meniana ambiunt, capitulis lilia scuti Francisci cernuntur; aliquot etiam scuta hac forma expressa in palatio illo videntur.



aliquando putavi Pascha legi debere, et a Francis nostris scuta illa insculpta fuisse cum mentione Paschatis, quod Cpoli capta utrumque Paschatis festum in urbe celebrassent; quod etiam Balduinus in festo Paschatis, ut historici tradunt, et eorum aliqui in ipsa Paschatis vigilia, Cpolitanus imperator electus sit.

P. 263, 4. *Ξυλοπόρτης*] Xyloporta est illa quae vicinissima est occidentali urbis angulo. Blacherniana olim dicta fuit, quod Blachernarum templo proxima esset. videndus Gillius lib. 1 c. 20. Leunclavius, Pandectis Hist. Turc. c. 200, appellat eam Xylokercon. verum diversas fuisse persuadeor; hancque Xylokercon eam esse quam Ducas Kercoportam infra appellat, quae iam a longo tempore occlusa tenebatur. quod ut credamus et asseramus, auctor nobis est Cantacuzennus lib. 3 c. 9: *καὶ διελέγετο κρύφα τοῖς ἐν Βυζαντίῳ φίλοις, εἰν δύναιντο τὴν πόλιν αὐτῆ παραδίδόναι· ἐπηγγέλλοντό τε τὴν τῆς Ξυλοκέρκου λεγομένην πύλην ἐκ πάλων ἐτῶν ἀπικροδομημένην διορύξαντες εἰσάγειν. clam etiam cum amicis suis, qui Cpoli morabantur, colloquitur et agit, quomodo sibi urbem tradere possent. promittebant illi portam quae Xylocerci dicitur, quaeque a multis annis pariete clausa erat, perfossuros, et ut illa ingrederetur urbem, patefacturos.*

P. 263, 5. *τῆς Χρυσῆς πύλης*] Aurea porta adhuc clausa est. Selymbriae porta olim appellabatur, ut notat Leunclavius l. c. ad illam extra muros fons adhuc extat, prope quem templum B. Mariae deiparae extractum erat. in marmore sculpti Herculei labores Auream portam ornantes cer-

nuntur. sed calcis albo, cum anno 1647 eos considerabam, ut et totus moenium ambitus, inducti erant, ita ut oculos fugeret sculpturae elegantia.

P. 263, 6. *ἕως τοῦ Κοσμηδίου*] De Cosmidio Zonaras Anual. Tomo 3 in Romano Lecapeno; ex quo ad littus Ceratini sinus extra urbem situm fuisse patet, καὶ κατὰ τὸν τοῦ Κοσμηδίου αἰγιαλὸν etc. Nicetas etiam in Annalibus: ἡ δὲ ἔππος μετὰ τῆς προβεβλημένης πεζῆς στρατίας τῷ Κοσμηδίῳ ἐφίστανται, μικρὰν ἐφευρηκότες ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἀντίστειν, περὶ τὴν ἐκεῖ πον γέφυραν καὶ τὸν λεγόμενον τρυπητὸν λίθον. καὶ τὰ μὲν πλοῖα καὶ αἱ νῆες καὶ οἱ δρόμωνες ἐκεῖ πον προσίσχουσι. copiae equestres (Latinorum) cum peditatu, qui antecedebat, Cosmidium occupant, cum languide ipsis restitissent Romaei, qui ad pontem illic constructum et lapidem Perforatum appellatum stationem habebant. fuisse autem locum illum extra urbis muros ex eodem loco constat: πηγνάς τε ὄρθῶς ἑώρων οἱ ἐν τοῖς τείχεσι. erecta tentoria (Latinorum) videbant, qui intra muros erant, et cap. seq. satis ostendit Ducas ad littus Ceratini sinus extra urbem Cosmidium situm fuisse. locus ergo ille ad extremum littus sinus Ceratini situs erat iuxta pontem S. Mamantis, et alius esse nequit praeter eum qui hodie Ai-bazari appellatur, cui vicina est Mesohita IUP appellata, in qua collegii doctorum et le-gisperitorum pontifex, Muphti appellatus, imperatori novo imperium adepto, precibus quibusdam additis, acinacem cingit.

P. 264, 8. *Θωμᾶ τοῦ δὲ Ἀκίλου*] B. Thomas de Aquino opusculum scripsit adversus Graecos, quod Urbano IV pontifici maximo dedicavit. extat editum in operum illius P. 268 tomo 17; eodemque continetur aliud opusculum ordine tertium, adversus Graecos Armenos et Saracenos scriptum.

P. 264, 9. *Δημητρίου τοῦ Κυδωνῆ*] Iohannes Cantacuz. lib. 4 cap. 16 Histor. huius viri eruditissimi, cuius plura doctrinae ac eruditionis monimenta extant, mentionem facit. fuit Cantacuzeno familiaris hic Demetrius, vitamque monasticam cum Nicolao Cabasila amplecti aliquando meditatus est. in Serenisimi Hetruriae magni Ducis bibliotheca Laurentiana Ptolemaei Mathematicae Syntaxeos volumen in membranis elegantissime scriptum adservatur, quod hic Cydones in bibliotheca sua olim habuit. in illo tres lunares eclipses Thessalonicae observatas earumque momenta adnotantur, ex quibus epicycli lunaris quantitas demonstratur. has observationes a Cydone et Cabasila habitas et consignatas fuisse arbitror; quarum prior facta adnotatur anno Alexandri 1665, Athyr 13 in 14, lucescente hora 2. m. 24 post mediam noctem, sole sagittarii gradum 16. m. 7 percurrente.

P. 264, 11. *Μεγαδούκαν σύνεργον*] *Plio est Lucas Notaras, de quo cap. 19 supra mentio facta est; quem Leonardus Chiensis Chir Lucam appellat, id est, κύριον Λουκά, Signor Luca; qui cum Scholario sentiebat, de quibus talia verba facit Leonardus: intendebat ex una parte Scholarius, ex altera Chir Luca quandoque ad praesentiam semet Apostolicam conferre, ut hi essent qui soli rem intellexisse viderentur, quique primi laudarentur tantae unionis auctores.*

P. 265, 12. Cap. 38. *Βενετικῶν ἐμπορικῆ καὶ τριήρεις*] Tres fuerunt, ut adnotat Leonardus, qui intra urbis muros tunc agebat. aderant insuper duae agiles seu leves triremes Venetae acturias illas comitatae. Bizarus lib. 12 naves Genuenses septem, Cretenses tres et Chienses paucas in Byzantii portu fuisse tradit.

P. 265, 18. *Ἰωάννης Λόγγος*] Leonardus eadem de Longo narrat, deque extra portas obsessorum eruptionibus.

P. 267, 8. *οἱ τῶν τοῦ Γαλατᾶ Γενουῖται*] Leonardus clam Galatinos opem tulisse obsessis ait: verum eos ignaviae arguit, quod castrum ad fauces Bospori aedificari non impeditur.

P. 268, 3. *κεκλεισμένος σὺν τῇ ἄλυσει*] Cpoleos portum catena ferrea clausum fuisse securitatis causa constat, cum Galli Cpolim expugnarunt, ut Nicetas in Annalibus docet. ὡς δὲ οἱ μὲν ἐπίγειοι οἱ δὲ ἐνάλιοι τῷ φρονιῶ ἐπέστησαν, ἐν ᾧ εἰθίσται Ῥωμαίοις σιδηρᾶν βαρυτάλαντον ἀποδέειν ἄλυσιν, ἥνικα πλοίων πολεμίων ἐνσταίῃ τις ἔφοδος, ἐνδύς προσβάλλουσι τῷ ἐρύματι. *ut vero, qui terra profecti et mari advenī erant, ad castrum accessere, in quo reūnaculum fixum est, cui catenam ferream gravissimamque alligare solent Romaei, si classis hostilis irruptio immineat, statim illud oppugnant.* Laonicus lib. 8 catena ferrea clausum fuisse portum hocce obsidionis tempore tradit.

P. 268, 7. *πέντε*] Tres fuisse Chienses narrat Leonardus, et navale proelium describit. Laonicus etiam lib. 8 ad-eundus.

P. 270, 4. *λίτραι πεντακόσιαι*] Hoc per hyperbolam dixit Ducas quingentas etiam uncias aequavisse incredibile est, nedum tot libras verum fuerit. fortasse drachmae hic intelligendae sunt, quarum quingentae aequant uncias 62 cum semisse unius, id est libras nostras quatuor, minus se-scuncia.

P. 270, 7. *Πάλδα*] Balthoglum appellat illum Leonardus; cui vitam concessisse Mehemetem procerum precibus flexum: fortunis tamen omnibus honoribusque privatam scribit. Laonicus lib. 8 paulo aliter de Palda, quem Pantoglen

vocat, disserit, et inter proeliandum a suis laesum fuisse P. 269 tradit. Phranzes quoque adeundus lib. 3 cap. 10.

P. 270, 21. προστάττει τοῦ εὐθρομηθῆναι] Hoc factum fuisse asserit etiam Leonardus Chiensis, et per stadia 70 terra tractas fuisse biremes. res equidem ardua, et locorum peritis tanto magis difficilis videtur, quod e mari perclivum sursum trahendae fuerunt. Augustinus Iustinianus in Chronicis Genuensibus terra tractas in *aquas dulces* tradit, id est in fluviorum Barbysae et Cydaris ostia, quibus in sinum Ceratinum influunt. Leunclavius lib. 15 transvectionem illam navigiorum terra factam quoque asserit, ut et Laonicus lib. 8 et Phranzes lib. 3 cap. 10. extat apud Zonaram in Basilio Macedone et apud Cedrenum tale traductarum terrarum navium ex uno mari in aliud exemplum. Nicetas Ooryphas Saracenos ut imperatos et ex improviso opprimeret, e Cenchreorum portu in sinum Corinthiacum terra traduxit. Ζοναρὰς διὰ τοῦ κατὰ Κόρινθον ἰσθμοῦ ταχέως διαγαγὼν τὰς τριῆρεις ἐν τῇ ξηρᾷ ἐπιτίθεται τοῖς πολεμίοις ἀνωϊστί. *per Isthmum Corinthiacum terra triremes celeriter traxit, et ex improviso hostes adoritur.*

P. 270, 23. τοῦ διπλοῦ κίονος] Uno verbo *Διπλοκίονιον* dicitur, Turcis vero *Betziktachs*, id est *Cunarum Saxum*; quod a Galata ad Pontum Euxinum navigantibus post superatum locum, qui *Ortachioi* appellatur, ad sinistram statim occurrit.

P. 271, 2. φαλαγγίων] Phalangia ligna sunt, quibus naves dum in terram subducuntur aut in navali repositae stant, fulciuntur. Phranzes adeundus lib. 3 cap. 10.

P. 271, 4. τοῦ ἱεροῦ στομίου] Hoc loco *στόμιον ἱερὸν* iuxta *Διπλοκίονιον* collocare videtur Ducas, unde navigia in sinum Ceratinum terra tracta sunt. in quo locorum situ cum Gillio et Leunclavio non consentit, qui *στόμα ἱερὸν* supra castella locant versus Pontum Euxinum, ita vocatam a templo Iovis Urii, quod in Christianae religionis templum a Constantino magno postea commutatum est.

P. 271, 4. καὶ ὅτε ἠβούλετο ἀπολύειν τ. μ.] Hoc bombardarius faciebat, ut certius dirigeret ictum maioris tormenti; quem, ut efficaciorum, ad locum destinatum certo dirigi magis intererat. Laonicus lib. 8 narrat ad latera maioris tormenti duo minora apposita fuisse, ita ut tribus bombardis murus V. 197 quateretur, primo minoribus, maiori deinde, quod lapides trecentarum librarum pondo emittebat.

P. 272, 8. ἦν δὲ τότε κατὰ τὸ ἔθος εὐρηθεῖσα] Quotannis feria 5 quintae septimanae ieiuniorum, cum *μέγας κανὼν* ab Andrea Cretensi compositus recitatur, atque etiam vigilia prima in palatio peragebatur, imago B. Mariae Vir-

ginis Hodegetriae a monasterio τῶν ὁδηγῶν in palatium deferrebat. Codinus cap. 12 offic. C.p. ἀπὸ δὲ πρώτης αὐτῶν ἐπιδημοῦσα ἐν τῷ παλατίῳ εἰκὼν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς ὁδηγητρίας μένει μέχρι καὶ τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ Πάσχα. ἦντινα εἰκόνα ἐρχομένην μὲν ἄπαντα ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ τοῦ παλατίου ἀλλῆς, τῇ δευτέρῃ δὲ ἀπερχομένην προπέμπει μέχρι καὶ τῶν ὑψηλῶν ἐκτός. καὶ γενομένης ἐκίσει μνήμης τῶν βυσιλέων ὁ βασιλεὺς ὑποστρέφει. *a prima quatuor istarum vigiliarum Sanctissimae Deiparae imago in palatium venit, et usque ad magnam Paschae Dominicam in eo moratur. cui venienti ad portam aulae palatii occurrit imperator. feria vero secunda post Pascha abeuntem deducit ad usque gradus altos exteriores; factaque ibi imperatorum commemoratione imperator revertitur.* de hac Sanctissimae Virginis imagine ad eundem Gregoras libro 5, qui Michaelem Palaeologum primum urbem, post exactos Latinos, intrasse praecunte sancta imagine scribit. lib. 9 Andronicum seniore[m] ante illam orasse, dum ipsius nepos iunior Andronicus ipsum invadit. tuncque in palatio stetit sancta imago extra tempus consuetum, capta siquidem fuit ab Andronico iuniore Cpolis Maii 24, nullis post Pascha celebratum diebus. quae etiam huius ultimae P. 270-obsidionis tempore in palatio ad expugnatam urbem mansit. Cantacuzenus quoque lib. 4 cap. 1 narrat Annam imperatricem eiusque filium Iohannem imperatorem orantes ante imaginem SS. Virginis Hodegetriae stetisse, cum ipse Cantacuzenus occupata urbe in palatium penetravit. de illa qui plura volet, adeat Iac. Gretzeri comment. in cap. 12 Curopalatae Codini.

P. 272, 11. ἐν τῇ μορῇ τῆς χώρας] Huius monasterii hoc loco et pag. 162 mentionem facit Ducas. illud Gregoras lib. 9 cap. penult. a Iustiniano aedificatum, collapsum deinde ab Alexii imp. socru instauratum, tandem a Theodoro Metochita ruinae proximam refectum fuisse lib. 8 scribit. Gregoras interpres vertit Chora[m] monasterium; quare vero Χώρας appellatum sit nescio. in versione vertimus, tanquam Χώρας hoc loco *regionem* vel *vicum* significaret. sed videtur melius esse, si Chora[m] monasterium appellemus, forte quia in urbis parte, quae Χώρα proprie appellabatur et quae palatio vicina fuisse videtur, constructum esset.

P. 274, 5. ὁ ῥῆξ τῆς Οὐγγρίας] Ita se res habet. anno 1453, Idibus Februarii, Ladislaus Posthumus Alberti filius Hungariae rex Budam venit; et a Iohanne Hunniade Corvino, qui a Varnensi clade prorex Hungariae fuerat et Hungaricam rempublicam administraverat, arces quam plurimae ei, administrationem regni tunc capessenti, redditae sunt. quod vero Turcorum mala fides suspectos ipsos semper

redderet, Hungariae partes inferiores tuendas Corvinus suscepit, perque multos dies in regia aula versatus, et secum omnibus consiliis communicatis, a Ladislao honorifice dimittitur. sed de pace inter Mehemetem et Corvinum inita, aut de pacis illus instrumento scripto reddito, missoque ad Mehemetem nuntio, nullum verbum historia Hungarica facit. imo ubi Ladislaus regni administrationem suscepit, adversus Turcos Iohanne Capistrano adhortatore Corvinus statim se accinxit.

P. 274, 18. *ὅτι δὲ μετὰ τὴν τρίτην ἡτταν*] Quae accidit anno 1448 ad Cossovum campum, seu Merulae.

P. 275, 9. *τοῦ ἁγίου Ῥωμάνου*] S. Romani porta hodie vocatur a Turcis *Top-capi*, id est tormentorum bellicorum seu bombardarum porta, eo quod machinas illas ad expugnandam urbem contra istam portam praecipue direxerit Mehemetes. stat autem ipsa inter Adrianopolitanam et Novam Turcis *Geni-capi* appellatam.

P. 275, 21. *ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ*] Haec porta Regia Leuclavio eadem est cum Pulchra.

P. 276, 4. *ἐκδεχόμενος τὴν ὄραν*] Huc referri debent, quae in Legatione Cpolitana Luitprandi Cremonensis episcopi leguntur; quam ipse anno 968 obiit pro Othonibus Augustis et Adelheida ad Nicephorum Phocam. eius verba talia sunt. *Sed cur exercitum non in Assyrios duxerit, quae-so advertite. habent Graeci et Saraceni libros, quos ὀράσεις seu visiones Danielis vocant, ego autem Sibyllanos; quibus scriptum reperitur, quot annis imperator quisque vivat, quae sint futura eo imperitante tempora, pax an simultas, secundae Saracenorum res an adversae. legitur itaque huius Nicephori temporibus Assyrios Graecis non posse resistere, huncque septennio tantum vivere, post cuius obitum imperatorem isto deteriorem (sed timeo quod inveniri non possit) et magis imbellem debere surgere; cuius temporibus praevalere debent ad-eo Assyrii ut in Chalcedoniam usque, quae distat Cpoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. considerant enim utrique tempora: una eadem re Graeci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt, tempus expectantes cum et ipsi insequantur, Graeci interim non resistant.* hactenus inter Turcos piratas iste mos invaluit, ut librum quandam in pretio habitum et religiose observatum adeant, sortes ex eo ducant, ut olim Homericas et Virgilianas et omnium aestimatione ac religionis opinione praecipue cultas Praenestinas consuluisse veteres novimus. quodsi ex libro pirata faustam sortem duxerit, naves quascunque adgredi haud dubitat nec cunctatur. saepe tamen delusus stultae credulitatis ac P. 271 barbarae superstitionis poenas, praeda ipse factus, luit. gen-

tis Tarcioe moribus satis congruit, hariolos et Isicos, vel ut Laonicus Zichidas appellat, qui in Mehemetis exercitu plures erant, tempus commodum urbi expugnandae indicasse: sic enim spes obsidentibus iniecta urbe potiandi, aetique ad coeptum perficiendum animi.

P. 276, 5. ὁ δὲ βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείγη] Notant historici Saraceni a gente sua Cpolim saepius obsessam fuisse. primo imperante Constante Heraclii nepote, anno eius 15, Christi 654; tuncque totus ager Cpolitanus direptus fuit. secundo Constantini Pogonati anno 5, Christi 672. tertio Leone Isaurio imperante anno Christi 717. quarto Constantini Copronymi temporibus, anno Christi 743. verum huius obsidionis quartae gloriam totam falso sibi arrogat, suisque auspiciis bellum gestum fuisse praedicant, iuxta Graecos siquidem sic se res habet. dum Ardavasdam usurpatorem Copronymus bello petit et imperium recuperare conatur, Cpolim obsidet ac capit anno praedicto 743. quinto obsessa fuit eiusdem Copronymi anno 24, Christi 764. sexto tandem anno quarto Leonis Copronymi F. Irencs mariti, qui fuit annus Christi 779. anno praeterea Christi 798, regnante Irene, Saraceni in Thraciam penetrant et ad suburbia Cpoleos omnia depraedantur. postea anno 821 a servo quodam fugitivo Thoma, qui ad Saracenos transfugerat fidemque Christianam eiuraverat, Cpolis obsessa fuit. anno quoque 914 Bulgari urbem obsidione cinxerunt. a Gallis et Venetis anno 1204 obsessa ac expugnata fuit. eam quoque Morates II per trimestre tempus obsedit, et tandem anno 1453 a Mehemete II expugnatur, qui tormentis aeneis, quae anteriora saecula ignorabant, muros quassavit ac diruit.

P. 276, 12. στείλας πρέσβεις] Laonicus lib. 8 narrat Mehemetem legatum ad obsessos misisse Ismailem Spentiaris F., ut eos ad deditionem hortaretur, vel potius ut urbis statum exploraret. ad illum vero Graecos respondisse nullo modo se dedituros, sed extrema, ut urbem tuerentur, passuros.

V. 198 P. 277, 1. ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας] Leunclavius lib. 15 contrarium ex historia Turcorum refert, Constantinum scilicet et Chir Lucam de deditione facienda cogitasse, nisi Italorum auctoritate et factione, qui ei nusquam consensuri erant, ab hoc proposito retracti fuissent.

P. 277, 9. τότε ὁ Λόγγος Ἰουστινιανός] Huius coepi meminerunt Laonicus lib. 8, Leonardus Chiensis et Phranes lib. 3 c. 11. de nave Genuensi a Turcis demersa idem Phranes capite 12 disserit, sed a nostro in quibusdam disscatit.

P. 279, 11. κατεσκέυασσ καὶ γέφυρας] Leonardus Chien-

sis, Laonicus lib. 8, Leunclavius lib. 15, Phranzes lib. 3 cap. 10 adeundi.

P. 279, 20. Cap. 59. Ἀπαρτίσας οὖν τὰ πάντα] Capite proximo diximus quisnam fuerit ille legatus, et quo animo a Mehemete fuerit missus. praeter Laonicum adeundi Leonardus Chiensis, atque etiam Paulus Maurocenus Historiae Venetae libro 24.

P. 280, 14. καὶ ἀπόκοπον καὶ τοὺς φόρους] Non conveniunt de huius tributi solutione Ducas et Laonicus. ille quippe Constantinum inducit quamlibet vectigalis annui summam pollicitum, quantam Mehemets imperaret; quod hunc respuisse supra narravit. Laonicus vero decem myriadas nummorum tributi nomine sibi solvi Mehemetem petiisse scribit.

P. 281, 7. τὴν μιὰν αὐτῶν φωνήν] Intelligit voces illas *Alla-hu*, id est *deus est*, et illas *Alla-hu-ekber*, id est *deus magnus est*. quas quidem Ducas *μιὰν φωνήν* appellat, quia a pollutis impiorum labiis, dei nomen contra ipsum eiusque ecclesiam usurpantibus, pronuntiatur.

P. 282, 14. ἐκαλεῖτο παρὰ Κερκοπόρτα] De illa ne verbum quidem faciunt Gylius et Leunclavius. videnda sunt quae supra cap. 37 attulimus, ubi de Xyloporta mentio habetur.

P. 282, 21. ἀπὸ τῆς Ἑυλοπόρτης ἄχρι τῆς πλατείας] Hagio-bazari, vulgo Ai-vazari appellatur his temporibus; vicina est Occidentali urbis anguli. verum differt a porta Xylocerco appellata. haec quippe Xyloporta semper aperta fuit: at Xylocercos etiam Cantacuzeni temporibus, huiusque etiam obsidionis clausa erat. Platea Cynego vicina est.

P. 282, 23. ἀπὸ τῆς ὠραιῆς πύλης] Pulchra porta appellabatur, quae hodie *Bacze-capi*, id est *horti porta*, vocatur, vel *Cifut-capi*, quod magna frequentia portae illius proximi vici ab Hebracis habitentur, qui per contumeliam *Cifut* appellantur.

P. 283, 1. τῶν Μεγαδημήτριον] Arx illa fuit in promontorio quod Bosphorus Thracius et sinus Ceratinus ambiunt; in quo hodie Sultani Saraium aedificatum cernitur.

P. 283, 2. τὴν ἐν τῇ μονῇ τῆς ὁδηγητρίας] Ex hoc loco et superiori cap. 11 colligere licet monasterium τῶν ὁδηγῶν non longe fuisse dissitum a muris Bosphoro obiectis.

P. 283, 4. ἄχρι τοῦ Βλάγκα] Non longe distat hic locus ab arce Heptapyrgo, *Iedi-cula* Tarcice dicta.

P. 288, 2. Ἀζάπιδες] Haec vox proprie significat pedites; et Genitzeri eo nomine appellari possunt, quod pedites etiam sint.

P. 288, 15. ὁ Μαῖος φέρων εἴκοσι ἑννέα] Capta fuit Cpolis anno 1453, Maii 29, ut Phranzes quoque et Leonardus, qui obsidionem toleravere, testantur; quare nulli chronologi contra horum auctoritatem audiendi sunt. annus Hegirae 857 tunc agebatur, et Tziumadi-evel dies 20. coeperat autem annus ille Ianuarii die 12 1453. fuerunt itaque initia mensium, Muharam Ianuarii 12, Sepher Februarii 11, Rebiul-evel Martii 12, Rebiul-Achir Aprilis 11, Tziumad-evel Maii 10, cuius proinde mensis dies 29 fuit Tziumad-evel dies 20.

Qui conferre volet Ducae narrationem de expugnata Cpoli cum aliorum narrationibus, adeat Leonardum Chiensem cum Philippi Loniceri historia editum; Laonicum lib. 8, Phranzem, qui accurate omnia, quae ad urbis obsidionem pertinent, complexus est lib. 3 a cap. 12 ad 19. Iustinianus porro apud plerosque male audit, et propter obmissam muri propugnationem accepto levi tantum vulnere ignaviae accusatur. errorem etiam gravem admissum ab ipso notant, quod loco, cui praeerat, decedens nullum qui imperaret substituit. in insula Chio inglorius postea obiit, ut tradit Petrus Bizarus Historiae S. P. Q. Genuensis lib. 12. Augustinus Iustinianus in Annalibus et Folieta lib. 10 vulnus letale ipsum accepisse scribunt.

P. 289, 1. τοῖς μέρεσι τοῦ Ταύρου] Tauri regio est illa, in qua Sultani Baiazitis meschita et balnea aedificata sunt.

P. 289, 18. ἄχρι τοῦ κίονος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου] Eadem est cum columna Crucis; hodie *columnna cremata* appellatur, quod incendiis tota deformata sit.

P. 293, 20. Μάρτυρος Θεοδοσίας] Templum illius sanctae in ea parte quae *Casan Bassa* hodie appellatur, ultra sinum Ceratinum sita, Galatae adiacente; in meschitam postea conversum est. at quomodo potuerunt sinum transire, cum Turci omnia littora complerent?

P. 273 P. 298, 7. Cap. 40. τότε καὶ ὁ Τύραννος] Phranzes videtur nostro consentire cap. 18 lib. 3, et eo ipso captae urbis die illam ingressum esse Mehemetem affirmare. alii, inter quos Leonardus et Bizarus, tertio ab urbe capta die intrasse illam asserunt.

P. 298, 23. αὐτὸς δὲ κελεύσας ἕνα] In templo S. Sophiae recitatas ab Imame seu doctore Hutbeas preces, die Veneris expugnationem urbis sequenti, qui fuit Iunii dies primus, tradit Leunclavius l. 15. *primo post urbem captam Veneris die celebratum ad Aiam Sophiam (sic Turci scribunt), hoc est ad Hagiam seu Sanctam Sophiam, festum fuit longe maximum; conceptaque preces Hutbae Sultani Muhamedis*

nomine, pro ipsius tam incolumitate, quam prosperitate ritu veteri, quo Turci suis omnia fausta principibus optare solent.

P. 300, 1. μή φοβού] Phranzes lib. 3 cap. 14 Halilem Bassam consilium Mehemetis patefecisse obsessis et animum ipsis addidisse narrat.

P. 300, 4. εἰ δ βασιλεὺς ἀπέδρα] Phranzes lib. 3 c. 18 agnatum imperatorem ex calceis purpureis aquilisque in eis depictis scribit, qualibus uti imperatores consueverant.

P. 300, 18. τοῦ Αὐγουστείου] Forum Augustium non longe a S. Sophia aedificatum, et in quo columna a Iustiano erecta fuit, suaeque statua equestris ei imposita. Procopius de aedificiis Iustiniani sermone 1.

P. 301, 20. τὸν δὲ Μεγαδούκα] Dissentiunt a se invicem Ducas et Phranzes in iis quae ad Magnum ducem Lucam Notaram pertinent. hic equidem inimicum et insensum nimis ei se profitetur. Laonicus ad nostri Ducae sensum magis accedit.

P. 306, 12. Cap. 41. Hoc capite Ducas monodiam in captam desolatamque urbem, Nicetam Acominatum Choniatem imitatus, scripsit.

P. 312, 9. Cap. 42. Σάκκον ἀρχιερατικόν] Id est vestem sacerdotalem, quae ad modum sacci consuta est, exitumque capiti et manibus praebet, eamque superiniectam induunt. solis patriarchis saccus competit, quem tribus anni diebus, Paschate Pentecoste et Natali, gestant.

P. 312, 10. ἐπιτραχήλιον] Patriarcharum et archidiaconorum gestamen. ἀμνοὶ χρυσοῦφαντοι sunt panni, in quibus agnorum figura et imago, qua Iesus Christus dominus noster vere agnus dei significatur, acu depicta est.

P. 313, 16. καὶ ἐπαρχὸν καταστήσας] Leunclavius hunc quoque Suleimanem-begum appellat, et Subassam a Mehemete Cpoli captae praepositum narrat.

P. 315, 17. καὶ τὸν μέγα ναόν] Hoc factum Iunii die 1, feria 6, seu die Veneris, ut ad cap. 40 ex Leunclavio adnotavimus, ita ut prius S. Sophiam in Meschitam transmutatam ritui suo consecraverit quam Galatam intraverit.

P. 314, 15. ἀπελογίσαστο ὅδν πρῶτον] Iacobus Bosius Hist. milit. Hierosolymit. lib. 7 post captam urbem, anno 1455, Chios Lesbios Servios Trapezuntinos et Caffatinos vectigales factos esse narrat.

P. 314, 13. τῇ πρῆσβει τῆς Σερβίας] Leunclavius asserit lib. 15 eadem aetate qua capta est urbs, Mehemetem in Serviam exercitum duxisse, et anno sequente arcem Novabardem occupavisse.

P. 315, 14. ὡς δ τόπος ὃν δεσπόζεις] Nescio quod ius in Servia se habere iactabat Mehemetes, qui maternum ge-

nus a Vulcoviczio non docebat: Maria enim Georgii filia natus non erat Mehemetas, sed ancilla. videnda quae supra ad cap. 3o diximus. hinc colligere possumus quam noxia ac pestilens sit arta nimis societas cum gente Turcorum, qui ex tali contracto matrimonio ius sibi acquisitum iactabant. affinitas ac foedera illa procul fugienda erant, Christianis praecipue, qui in certam perniciem illis trahebantur. pacem tamen ac societatem, quales cum ceteris intercedunt Christianis, cum illis inire et pacisci licitum et commerciis tractandis utile atque commodum. fas etiam adversus usurpatoris iniustam invasionem illos obicere; nec aequitatis studiosus regem aut republicam, qui repugnando impar adversus potentio-rem invadentem hostem auxilia inde sibi paraverit, merito reprehendere potest. peccat qui aggrediendo adversarium adigit ad tales protectores et adiutores confugere et viam iis ad nostras provincias occupandas sternere: quidquid enim uni perit principi Christiano, omnibus perit.

P. 317, 23. *εἰσελθὼν δὲ ἐν τῇ πόλει*] De aedificiis a Mehemete Cpoli constructis adeundus Leuncl. lib. 15 et in Pandectis cap. 159.

P. 318, 12. *ἑμαθον παρὰ τινῶν*] Advertendum est Michaellem Palaeologum primum diem obiisse anno 1285, ut cap. 2 in margine adnotavimus; etiamque Turcos coepisse tunc Asiae minoris themata residua diripere ac depraedari. Ertogrul Othmanis pater vivis exemptus est anno Hegirae 687, qui coepit anno Christi 1288, Februarii 5, fer. 5. tuncque agebat Othman annum 55, ita ut principia militiae illius superstite adhuc Ertogrul cum Michaelis primi Palaeologi ultimis temporibus congruant.

P. 318, 23. *ἐλόγηστο γάρ*] Non solum Michael conscientiae stimulis vexabatur, sed et filius eius Andronicus, ob excaecatam et imperio spoliatam contra ius iurisiurandique sacramentum. Iohannem Lascarim. Nicephorus Gregoras lib. 6 adeundus cap. 7.

P. 319, 2. *τὸ μαντεῖον οὖν*] Vox ista conficta proculdubio ab illis qui ultimis Iohannis Palaeologorum postremi diebus res Graecorum ad exitum adductas cernebant, et *ἄκρα στοιχεῖα* accipientes nominum Palaeologorum qui ab anno 1258 regnarunt, Michaelis I, Andronici I, Michaelis II, Andronici II, Iohannis I, Manuelis et Iohannis II, vocem illam nihil significantem ΜΑΜΑΙΝΙ composuerunt. ex Gregora equidem discimus temporibus Michaelis Palaeologorum primi oracula quaesita fuisse, hisque ineptiis et praestigiis animos suos, non superstitione solum percussos sed et ignavia et socordia deiectos, Graecos pavisse. adeundus ille lib. 5, tribus locis non longe a fine.

Non extra rem fuerit, si hic indicemus quaedam ex astrologia iudiciaria p̄tita oracula vel praedictiones circa Musulmanorum regnum, ut vanitas artis et eorum qui fallendos se illis hariolis bona fide tradunt stultitia deprehendantur. in bibliotheca Serenissimi magni Hetruriae ducis Ferdinandi secundi extat MS liber cuius titulus est *παράδοσις εἰς τοὺς Περσικοὺς κανόνας τῆς ἀστρονομίας*, et sic incipit, ἡ τῶν Περσικῶν κανόνων σύστασις γέγονε, et in illo praeterea quaedam astrologica continentur; ex quo codice supra cap. 12 allatum thema coeleste, ad tempus ἀναρρήσεως Manuelis imperatoris constitutum, excerpimus; atque etiam sequentia exscripsimus ex Stephani cuiusdam Alexandrini astrologi de Mohammede et illius de religionē dogmatibus successoribusque ex astrorum positione vaticinio.

Στεφάνου φιλοσόφου καὶ οὐκονμεικτοῦ διδασκάλου, τοῦ Ἀλεξανδρέως, ἀποτελεσματικῆ πραγματεία πρὸς Τιμόθεον τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, πρόφασιν μὲν ἔχουσα τὴν νεοφανῆ καὶ ἄθεον νομοθεσίαν τοῦ Μωάμεδ, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν μολόντων προσαγορεύουσα.

Ὡς οἶσθα, ὦ εὐφυνέστατε Τιμόθεε, ἡμῶν τὴν διατριβὴν ἐν τῷ παιδευτηριακῷ κηπιδίῳ ἔχόντων ἐπέστη ἡμῖν ὁ αἰδεσιμώτατος Ἐπιφάνιος ὁ Ἀραβικὸς ἔμπορος, ἄρτι τῆς Ἀραβίας ἀφικόμενος· καὶ χαιρεῖν ἡμᾶς προσαγορεύσαντα, P. 275
 ἄσμενως αὐτὸν καὶ ἡμεῖς καὶ φιλοφρόνως ἀντησπασάμεθα. ἔφαμεν δὲ πρὸς αὐτὸν „εὖ ἦκεις, ὦ φίλε; καὶ τοῖς καλοῖς ἀγωγίμοις ἡμᾶς ξένιζε.“ ὁ δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ μάλα φιλοτίμως ἀντεπεκρίνατο. „τί οὖν μάλιστα ἐνηνοχᾶς“ ἔφη „τοῖς φιλοσόφοις ἡμῖν;“ φάναι δὲ τὸν ἔμπορον „εἰ μὲν τι καὶ ἄλλο οὐκ οἶδα, μάλιστα δὲ ὧν ἐτεθείμην ἐπ’ ἀλλοδαπῆς, τὴν ἐξηγήσειν ἐτοιμῇ ἔχω, ξενοφρονούσων ἡμᾶς καὶ ἐκκληττούσων, ἀπαγγεῖλαι.“ „πῶς ἔχει αὐτή;“ ἦν δ’ ἐγώ. ὁ δὲ ἔφη πρὸς ἐμέ „τὸν ἀστρολάβον διαρτῶν ἐπίσκηψόν τινα τῶν σῶν φοιτητῶν, καὶ τὴν ἰεροσκοπικὴν μοῖραν γνῶθι, παρασημειούμενος καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν καὶ τῶν κέντρων τὴν διευκρινημένην βεβαίωσιν, διὰ τὸ καινὸν διήγημα καὶ ξένον τὸ ἐπιχείρημα.“ παραχρῆμα δὲ ἐγὼ τῷ ἐμῷ Σοφρονίῳ ἐνετείλαμην διαρτῶν τὸν ἀστρολάβον· αὐτοῦ δὲ διαρτουόντος καὶ τὴν ἔωραν πολυπραγμονούντος, ἀνοίξας τὸ στόμα ὁ ἔμπορος διεγέτο ἡμῖν ὅτι κατὰ τὴν ἐρημον τῆς Ἐθιοπῶν ἐφάνη τις ἀνήρ, ἐκ τῆς τῶν λεγομένων Κοροασιανῶν φυλῆς, τῆς τοῦ Ἰσμαήλ γενεαλογίας, ὄνομα δὲ αὐτῷ Μωάμεδ, καὶ ἐαυτὸν εἶναι λέγει προφήτην. ἐφάνη δὲ ἐν μηνί Φαρμονδί, ἔς λέγεται ὀρμαϊκῶς Ἀπριλλίος, τοῦ Ἦλβ ἀπ’ ἀρχῆς Φιλίππου. ἄγει δὲ καινοφρονίας καὶ διδαχὴν ἐξηλλαγμένην· ὑπισχνεῖται δὲ τοῖς δεχομένοις αὐτοῦ τὴν διδαχὴν πολέμων νίκης καὶ ἐχθρῶν ἐπικρατείας, καὶ παραδείσου τρυφῆν. ἐγὼ δὲ ταῦτα περιστο-

ρήσας, και ἔμφοβος γεγωναὶ ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρός εὐδοκίμῃσι, πῶς δεξιᾷ κέχρηται τύχῃ και ἐν ἀνδραγαθίᾳ κραταιοῦται, ἐδέμην σκοπόν ἀναθεῖσαι σοι ταῦτα τῷ φιλοσόφῳ, ὅπαι διὰ τῆς σοι δοθείσης σοφίας εὐρῆς τῆν εἰς αὐτὸν τουτον τον ἀνδρα γνώσιν. πεπυσμένος δὲ ἐγὼ αὐτὰ παρὰ τοῦ ἀνδρός σύννονος τε γέγονα παραχρηῖμα, και διαλύσας, ὡς ὠδα, κατ' ἐκεῖνο τότε παιδευτηριον και τὸν ἀνδρα προπέμφσας, διηκριβωσάμην τῆν διὰ τοῦ ἀστρολάβου ἀναδοθεῖσάν μοι ὠροσπικῆν μοῖραν. και δὴ τὰ κέντρα εὐ διαπηξάμενος, και ἐκίγνους τὰς ἐποχὰς τῶν πέντε πλανωμένων ἡλίου τε και σίμης, ἐπὶ πολλαῖς ἐνησχολήθην ἡμέραις ταῖς ἀποτελεσματικαῖς βίβλοις, και μετὰ πολλοῦ μόχθου και κόπου ἡδονήθην γῶναι τῆν τῶν μελλόντων διασαφήνειαν περὶ τε τοῦ προσηρῆτος ἀνδρός και τῶν αὐτοῦ ὁμοφύλων, ἦτοι τῆν ποσότητα τῶν ἐτῶν τῆς αὐτῶν ἐπικρατείας, και τοὺς χρόνους τῶν ἐν αὐτοῖς βασιλευσόντων μετὰ τῆς αὐτῶν ἐπισυναγωγῆς, και ἄλλα τινὰ συμψησόμενα καθεξῆς ἐν ἰδίῳις καιροῖς. πρὸς δὲ τὸ γινώσκειν σε τῆν ἐξεργασίαν, και ὃν ὑπεβάλομεν τρόπον εἰς τόδε τὸ χρεῖμα, ὑπεδέμην τοῦ ζωδιακοῦ τῆν κέντρωσιν και τῶν ἀστέρων τὰς ἐποχὰς και τῆν ἐξῆς ἀποτελεσματικῆν ἐπίνοιαν, καθὼς ὑποτέτακται. *dum in hortulo scholastico, prout optime Theophile nosti, agebamus, honorandus admodum Epiphanius mercator Arabs, qui ex Arabia nuper advenerat, ad nos accessit; quem, ubi nos salutavit, ex animo ac benevole amplexi resalutavimus. diximus porro illi: optime advenis amice. pulchras etiam, quas attulisti, res nov.* 200 *biscum communica. quibus honorifice respondit. quas ergo, inquam, nobis philosophis res praecipue advexisti? respondit mercator: quamvis alia nesciam, quorum tamen in exteris regionibus spectator fui, narrationem impraesens instituire possum, quae novitate sua aures et animos auditorum attentius reddere possunt. quidnam sit, dixi, edessere. tunc ille: imbe discipulorum tuorum unum ut astrolabum appendat; tu horoscopi partem inquire, stellarumque motus adnota. centris seu cardinibus signa accurate adscribe, siquidem hoc facere, propter casus inceptique portentosi novitatem, operae pretium erit. statim itaque, ut astrolabum aptaret, Sophronium meum iussi. appenso itaque horam curiose investigavit, coepitque mercator de illis nobis disserere. in deserto Ethribo vir quidam ex Corrhasianorum gente, quae ab Ismaele deducit genus, innotuit nomine Mohamed, qui se prophetam praedicat. ipse vero mense Pharmuthi, qui Aprilis Romanis dicitur, anno a Philippi initio 952 in publicum produit. novas voces ille et dogmata a receptis diversissima invehit. in bello de hostibus victorias et praedisti delicias pollicetur iis qui doctrinam suam amplexati fuerint. ista cum audissem, pavorque mihi iniectus esset, quod vir*

ille auctoritatem sibi compararet, prospera fortuna uteretur et claris facinoribus potentiam stabiliret, ad te, qui philosophus es, ea referre statui, ut qua polles a deo tibi concessa sapientia, de illo viro quae futura sunt cognoscas. ab illo talia cum rescivissem, cogitabundus restiti: dimissis illico scholasticis P. 296 deductoque illico advena, astrolabo assignatam mihi horoscopi partem rectificavi. in cardinibus deinde collocatis rite signis, et planetarum quinque etiamque solis et lunae locis computatis, multos dies in libris, quibus apotelesmata seu decreta continentur, evolvendis consumpsi, multoque labore ac molestia in futurorum cognitionem deveni, quae viro illi praedicto ipsiusque genti accidere poterunt, quot scilicet annis ipsorum imperium stabit, et singuli reges quot annos regnabunt, illorumque numerum; alia insuper quaedam temporibus suis deinceps ventura. ut vero operationem et eius quem inivi modum cognoscas, Zodiacum subieci per cardines distributum; in eoque planetarum loca descripsi, et figurae iudicium praedictionemque subieci. hactenus Stephanus, qui in sequentibus Mahometis sectatores Veneris rebus deditos fore praevidet, ex librae signo in orientis cardine posito; et quia ζυγός Graece appellatur, in servitatem gentes omnes ipsos redacturos. ζυγός ἀνατέλλων ζυγόν δουλείας ἐπιφέρει πᾶσιν ἀνθρώποις. libra seu iugum exoriens cunctis hominibus servitutis iugum imponit. ex eo quoque coeli themate Stephanus regum numerum colligit. Κρόνος δὲ τὴν βυσσιλέων ἀπαρίθμησιν ποιήσει ἐκ τῆς τῶν αὐτοῦ μοιρῶν ἐποχῆς ἐν τῷ μεσορρανίματι. ἐπειδὴ γὰρ ἐπέχει τὴν κ' μοῖραν τοῦ καρκίνου, ἣτις ἐστὶν ἐν ὁρίοις τῆς Ἀφροδίτης, διὰ τούτων εἰκοσιτεσσάρων σημαίνει τοὺς ἐπικρατοῦντας τοῦ ἔθνους τούτου. Saturnus regum numerum definit ratione partium signi quod in medio coeli positus occupat. cum vero Cancri 24 partem in Veneris finibus occupet, his 24 gradibus significat illos qui genti illi dominaturi sunt. codex Florentinus reges 25 exhibet, imperium deinde ruiturum denuntiat. at codex Regius quem Parisiis habemus imperatores 48 describit, et ultimo regnante gentis Mahometanae et Saracenicae eversionem pollicetur. quae quam firmis rationibus nitantur, et quam accurate eventus responderint adsignato imperatorum numero, huius artis fallacis adhuc obtemperantes decretis viderint, conferantque Ducae ΜΑΜΑΙΝΙ cum Stephani apotelesmatico decreto. monendi porro sunt lectores, iudiciariae Astrologiae studiosi, Stephanum thema illud coeleste erexisse anno mundi 6130 (anno 6129, ut in margine codicis Regii legitur) ad diem Septemb. 2 hor. 3 post solis ortum, anno Christi 621. in quo themate Librae gradus 20 horoscopus occupat. Cancrī grad. 22 in medio coeli reperitur, Sol tenet Virginis par-

tem 9 m. 5, Luna Capricorni gradum 12 m. 6, Saturnus Cancri grad. 25 m. 50, Iupiter Capricorni grad. 20 m. 39, Venus Leonis grad. 25 m. 6, Mercurius Virginis grad. 9 m. 5. nodus ascendens seu caput Draconis Aquarii gr. 19 m. 50, pars fortunae in Capricorni grad. 22 m. 9. quae deberet reponi in Aquarii grad. 23 m. 1. ex locis porro Saturni et Lunae certo concludimus non posse convenire alii anno quam Christi 621. loca vero trium planetarum ad diem Septemb. 2, hora ante meridiem tertia, ex Ptolemaei tabulis computavimus, quae non eadem ac Stephanus invenit se nobis obtulerunt. invenimus enim locum solis in Virginis gr. 8 m. 16 s. 53, Lunae in Capricorni gr. 20 m. 43 s. 22, Saturni in Cancri grad. 25 45 7. iuxta vero tabulas nostras Philolaicas erat sol in Virginis gr. 11 m. 56 s. 19, Luna in Capricorni gr. 23 m. 44 s. 8, Saturnus in Cancri grad. 26 m. 35 s. 49. Constantinus Porphyrogeneta lib. de administratione imperii, ad Romanum Porphyrogenitum F. suum, cap. 16 ad annum mundi 6130, Indict. X, Heraclii 12, Septembris diem 3, feriam 5, Stephanum thema coeleste constituisse tradit. verum equidem est Septemb. diem 3 eo anno fuisse feriam 5. sed si thema ad diem istam erectum est, tunc luna in Aquarium transierat, quod repugnat calculo et figurae.

P. 277 P. 319, 18. Cap. 45. καὶ ἀπὸ ῥόδου φερίοι] Iacobus Bosius lib. 7 Hist. militiae Hierosolym. cum Duca omnino sentit, et Magnum magistrum audaci fortique animo respondisse, et vectigal Mehemeti pendere omnino renuisse.

P. 524, 11. ὁ ῥαχία λέγεται] Idem Bosius lib. 7 ad annum 1455 de bello Rhodiis indicto et munito castro Narangia in insula Coe, quae Lango vulgo dicitur: *mandò il general del mare con le galere et altri vascelli armati della Religione a provedere la fortezza di Narangia nell'isola di Lango*. Rachia et Narangia eiusdem loci appellatio est a variis nationibus diversimode enuntiata. notandum autem et Bosium anno 1457 referre obsessum fuisse a Turcis per 20 dies castrum Landimachium; quam obsidionem nescio num ea sit de qua Ducas hoc loco disserit: et fortasse in nomine loci error admissus ab alterutro fuerit, et a Bosio biennii parachronismus.

P. 328, 18. Cap. 44. Αἶνον] Aenus urbs Thraciae ad mare situm: oppositam habet Thasum insulam. Imbro insula maris Aegaei hodie Lembro.

P. 330, 11. Θάσον] Thasus insula hodie Tasso, freto brevi a Thracia disiuncta.

P. 331, 7. ἔπαρχον Καλλιουπόλεως] Adnotavit Leunclavius temporibus illis contostaulum seu archithalassum Basam quoque fuisse seu gubernatorem Callipoleos.

P. 332, 18. *Περγάμου*] Fluvius Pergamus hic appellatus olim Caicus, qui Pergamum Galeni patriam praeterlabitur. ab urbe illa his posterioribus saeculis nomen accepit.

P. 333, 15. *πενθερά τοῦ ἡγεμόνος*] Uxor ergo fuit Paridis Iustiniani Chii. vide infra ad cap. seq. nota ultima.

P. 337, 1. Cap. 45. *πρὸς βελόγραδον ἔρχεται*] De hac expeditione Hungarica Laonicus lib. 8, Phranzes lib. 3 c. 21, Bonfinius D. 3 lib. 8 in principio. ad annum Hegirae 860 refertur a Leunclavio, qui coepit anno Christi 1455 Decemb. 11, feria 5, cum Solis cyclus esset 8, litera E. obsidere eam coepit Mehemetes Iunii die 13. Augusti die 6 Mehemetes expugnare adoritur. repulsus castrisque exutus in fugam postridie se coniecit.

P. 338, 2. *παρὰ τοῦ πάπα Καλλίστου*] Bosius lib. 7 V. 201 Hist. mil. Hierosolym. narrat Petrum archiepiscopum Terraconensem praefectum classis a papa missae generalem fuisse; qui pecuniis omnino destitutus Rhodum venit, ut mutuam pecuniam acciperet ad stipendia classiariis solvenda. ducatos illi 5886 Rhodii mutuum, ut suis subveniret, dederunt.

P. 338, 5. *Σαμόθρακην*] Samothrace insula est maris Aegaei, Thraciae continenti obiecta.

P. 339, 11. *Κομάνων*] Comana Pontica urbs Cappadociae, a qua incolae Comani dicti sunt. Ptolemaeus illius nomen et situm tradit in Asiae tabula 1, ad ripam Iridis fluvii conditae. episcopus fuit sub Nocaesareae Ponti Polemoniaci metropolita.

P. 339, 12. *Οὐζοῦν Χασάν*] Bosius l. 8 huius legationis meminit, quae ab Usun-Chasane, id est Longo Hasane, ad Mehemetem missa est: denuntiabat, ut vult Bosius Mehemeti ne Cappadociam, quam dotis nomine a socero suo Iohanne Comneno Trapezuntis imperatore acceperat, invadere aggrediretur. Armenia maior hic intelligenda est quae Colchidi finitima est.

P. 339, 21. *χρονσεία πύλη*] Leunclavius lib. 15. supra P. 278 ad cap. 15 aliquid adnotavimus.

P. 340, 1. *ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ὄρμησις*] Laonicus lib. 9, et Phranzes proluxe libro 3 capite 25 et 26.

P. 340, 21. *Πεζεσάνιον*] Rerum merciumque omnis generis forum.

P. 341, 14. *Λυκοστόμιον*] Dom. Marius Niger, commentar. 10 in Europam, Lycostomium ad Euxinum situm esse in Mysia inferiori docet. Moncastro hodie appellari volunt. Arpispolim dictam esse, id est Arpiorum civitatem, postea Lycostomum ab ostii Istri seu Danubii nomine, quod *os lupi* significat, aiunt. hodie, ut et priscis temporibus op-

pidum ibi situm est. in Ptolomaei Tabulis Arpis ad Pontum Euxinum paulo borealior est ostio Istri Septentrionali.

P. 342, 1. τὴν Σινόπην βούλομαι] Laonicus lib. 9. Leunclavius lib. 15, Phranzes lib. 3 cap. 27. Sinope urbs Helenoponti ad Pontum Euxinum sita, Amasiae metropolitae olim subdita.

P. 342, 20. Φάσιδα] Phasis fluvius Colchidis.

P. 342, 23. εἰς Τραπεζοῦντα] Comnenorum Trapezuntium imperium annos 257 duravit, ab Alexio, qui anno 1204 urbe a Latinis capta Trapezunti Regiam sedem collocavit, ad Davidem, qui anno 1461 a Mchemete imperio spoliatus est. Trapezus urbs Lazicae metropolis, illius regionis incolae Lazi dicti. Caucasus mons notissimus est in veterum libris: inter Euxinum Pontum et mare Caspium excurrens, Sarmatiam Asiaticam ab Albania Iberia et Colchide disternat. Colchi hodie Lazi, Iberi et Albani Mengrelii appellantur.

P. 343, 19. τὸν βειβόδα Βλαχίας] Is erat Draculii sive Draculae filius, Vladus seu Vladislaus appellatus. Laonicus lib. 9 non longe a fine. Leunclavius lib. 15.

P. 344, 9. Δύστρας] Dystra olim Δουρόστολον λεγόν, Durostorum, Mysiae inferioris urbs ad Danubium sita.

P. 345, 1. Ἀλάνους καὶ Οὔννους] Alani in Sarmatia Europaea sedes habuerunt: Podolia hodie appellatur illa regio. Οὔννοι sunt Hungari, qui Daciam occuparunt.

P. 345, 23. ἤτήσατο τὴν νῆσον] Bosius hanc obsidionem ad annum 1457 refert, sed perperam: anno enim 1461 Mitylene oppugnata et dedita est, et tota Lesbos in potestatem Mehemetis venit. Bosius porro asserit Mehemetem terra cum filio accessisse, et Luchini Catalusii nothi proditione Mitylenen occupavisse.

P. 346, 2. Δομνίκου] Hic Dominicus duxerat uxorem Mariam filiam Paridis Iustiniani, qui inter praecipuos insulae Chii opibus praestabat. hanc Paridis filiam Mariam, cum in lepram incidisset, maritus a se non dimisit, eodemque lecto ac mensa cum ea semper usus est. postea, cum Dominicus in insidias inimicorum suorum incidisset et ex uxoris carissimae amplexibus vi abreptus esset, ipsa miserum nusquam deseruit, mutuo amore maritum dilectissimum prosecuta, videndus Augustinus Iustinianus in Annal. Genuens. verum silentio transmisit Dominicum a fratre suo Nicolao fuisse occisum.

BULLIALDI IN CHRONICON BREVE

NOTAE.

P. 515, 1. Τὸ Ἄργος] Hoc ab imperatore Alexio Com-P. 279
neno factum, qui anno 1081 regnare coepit. Codinus in V. 202
Expositione thronorum ab imp. Andronico seniore facta: ὁ
Ἄργους καὶ αὐτὸς πη' ὦν οὐ γέγονε. *Argorum metropolita
cum octuagesimus octavus esset, ad centesimam quintam sedem
depressus est.*

P. 515, 4. παρελάβον] Contigit Octobris die 2, dedi-
tione Hierosolymae facta, postquam obsessi obsidionem 14
dierum tolerassent. Saladinus ante receptam Hierosolymam
Iulii die 3 Guidonem Regem praelio victum ceperat.

P. 515, 6. παρ. οἱ φράγγοι] Error hic admissus est:
contigit enim Christi anno 1204, mundi 6712.

P. 515, 8. παρελ. τὴν Κωνσταντινου] Ab Andronico
Palaeologo impossibile est ereptam fuisse Latinis Cpolim, cum
bimulus tantum tunc fuerit, ut notavit Gregoras lib. 4, qui
Caesarem Alexium Strategopulum urbem astu ac quorundam
proditione occupavisse quoque docet. error etiam in numeris
deprehenditur, verum siquidem est anno Christi 1262 Lati-
nos urbe exactos fuisse. anno vero 1260 coepit Michael Pa-
laeologorum primus.

P. 515, 10. θανατικόν] θανατικόν vulgo hodie dicitur
pro peste et morbis contagiosis.

P. 515, 11. ἦλθεν εἰς τὸν Μώραιαν] Hic Cantacuze-
nus Manuel appellabatur, eratque Iohannis Cantacuzeni imp.
filius. Phranz. lib. 1 cap. 13

P. 515, 13. Ἐγένονεν κύριον Πάσχα] Pascha fuit an-
no illo Martii 25, cyclo Lunae 13, Solis 17, literis A G,
Indict. III.

P. 516, 1. ὁ δεσπότης ὁ Παλαιολόγος] Is erat Theo-
dorus Porphyrogenitus Iohannis imp. filius Manuelis frater.
Phranz. lib. 1. cap. 15.

P. 516, 5. ὁ Βρανέζης] Adeundus Phranzes lib. 1
cap. 20.

P. 516, 8. Ἀναύπλι] Nauplium olim Ἀργείων ἐπίκει-
ον. hodie appellatur *Napoli di Romania*.

P. 516, 12. Ἀκουβάν] Phranzes huius loci meminit lib. 3 cap. 22. Acuva seu Accumba in Elidis mediterraneis, olim Hypania appellata, Peloponnesi urbs. Tyrophagiae dominica fuit illo anno Februarii 7, Pascha Martii 28, cycl. Lunae 2, Solis 26, litera C. eodem anno Thessalonica a Biazite capta. Ducas cap. 13.

P. 516, 13. Δημήτριος ὁ Πάλ] Phranzes de Iohanne Rale, quem Georgium etiam Raulem appellarat, et de Michaele Raule lib. 3 cap. 26 et 28 mentionem facit. ex eadem forte gente erant ac ille qui Apocauchum occidit.

P. 516, 14. τοῦ Λεόντος] Vulgo Leontarium et Leontari, Μεγάλη πόλις olim appellata. at in tabulis geographicis Leondari longe a Megalopoli versus occasum distat. Albanitae sunt Albani Peloponnesum incolentes, ut ad Ducae caput 3a ostendimus.

P. 516, 17. ἐσυμφώνησεν] Ubi locus ille Thermisus appellatus in Graecia sit, mihi incertum. Mylopotami turris, de qua hic fit mentio, pariter mihi incognita: castrum insulae Cretae hoc loco esse intelligendum, non facile persuadeor, cum in Peloponneso situm esse locum illum aut in Attica oporteat. Megra, Megara olim appellata, locus est in Attica ad sinum Saronicum vulgo Golfo d'Engia.

P. 516, 21. ὁ Γιαγονπασᾶς] Adeundus Phranzes lib. 1 cap. 20.

